Hic quoque tempore venerāndus vir Anastasius cui⁹ superius memoria feci: sancte Romane ecclesie: cui deo auctore defertus notarius fuit. Qui soli deo vacare desiderās scripsi⁹ deseruit: monasteriū elegit atq; in eo loco quē prefat⁹ sum qd Suppentonia vocat: p ānos multos in sanctis actib⁹ vitā duxit: ei⁹ monasterio solerti custodia p̄fuit. Quo videlicet ī loco ingens desup rupis eminet: et p̄fundū subter precipitiū patet. Quadā vero nocte cū tā oipotens de⁹ eius venerabilis viri Anastasij labores remunerare decreuisset: ab alta rupe vox facta est: que producto sonitu clamaret dicēs: Anastasi veni. Quo vocato alij quoq; septē fratres vocati sūt ex noie. Paruo autē momēto ea que fuerat emissa vox siluit: et octauū fratrem vocauit. Quas dū apte voces cōgregatio audis⁹ dubiū nō fuit qd eozū qui vocati sunt oblitus p̄pinq̄uasset. Intra paucos igit dies primus venerāndus vir Anastasius: ceteri autē in eo ordine ex carne educti sunt: qd de rupis vertice sunt vocati. Frater vero ille ad quē vox parū siluit: atq; eū tūc nominant: mortē tribus alijs paucis diebus vixit et tūc vitā finit vt apte mōstraret: qd interiectū vocis silentiū parū vsuē dī spaciū signauerit. Sed mira res contigit

quia venerabilis vir Anastasius dñs de corpore extret: erat quidā in monasterio qui supulere eū nolebat: puolutus vero ei pedibus cepit cū lachrymis ab eo postulare dicens: Per illū ad quē vadis deprecor & adiuro: ne septē dies super te in hoc mūdo viuā. Ante cuius diē septimū etiā ipse defunctus est: qui tamē in illa nocte inter ceteros nō fuerat vocat⁹: vt aperte claresceret: quia eius obitum sola venerabilis Anastasij intercessio obtinere potuisset.

Petrus.

Cum illē frater & vocatus inter ceteros nō est: & tamē sancti viri intercessōibus extra lucē subtrahit⁹ est qd aliud datur intelligi: nisi qd hī qui apud dominū magni sūt meriti: obtinere aliquando possunt ea etiam que non sunt predestinata.

Gregorius.

Obtinere nequaquā possūt que predestinata nō fuerūt: sed ea que facti viri orando efficiūt: ita predestinata sunt vt p̄cibus obtineāt. Hā ipsa qz perbēnis regni predestinatio: ita est ab omnipotēti deo disposita: vt ad hoc electi ex labore perueniāt: qñs postulādo mereantur accipere: qd eis omnipotens deus ante secula disposuit donare.

Petrus.

Robari mihi apertius vellē si potest predestinatio iuari.

Gregorius.

Hec qd ego petre intuli cōcite valet pbari. Certe etenī nosti qz ad abraā dñs dixit: In ysaac vocabitur tibi semen: cui etiā dixerat: patrē multorū gentiū cōstitui te. Cui rursus p̄misit dicens: Benedicā tibi & multiplicabo semen tuū sicut stellas celi: & sicut arenā maris. Ex qua re aperte cōstat: qz ops deus semen abrae multiplicari per ysaac predestinauerat: & tñ scriptū est. De peccato est ysaac dñm p̄ vxore sua: eo qd esset sterilis qui exanduit eū & dedit cōceptū rebece. Si ergo multiplicatio generis abrae pe

ysaac predestinata fuit: cur cōiugem sterilem accepit? Sed nimirū cōstat: qz predestinatio p̄cibus impletur quando is in quo deus multiplicare semē abrae predestinauerat: oratione obtinuit: vt filios habere potuisset.

Petrus.

Quia secretū ratio aperuit: nihil mihi dubietatis remāsit.

De Bonifacio Ferentine ciuitatis episcopo: Cap. IX.

Gregorius.

Is tibi aliqd de Thuscie partibus narrē: vt cognoscas quales in ea viri fuerint: & omnipotentis dei noticie quantū propinquū.

Petrus.

Solo atq; omnimodo exposco.

Gregorius.

Fuit vir venerabilis Bonifacius noie: qui in ea ciuitate que Ferentis dicit: ep̄atus officii tenuit: et moribus impleuit. Hui⁹ multa miracula is qui adhuc supest Sudentius p̄sbyter narravit: qui nutritus in eius obsequio: tanto valet de illo quoq; veracius dicere quāto ei cōtigit & interesse. Hui⁹ ecclesie grauis valde paup̄tas inerat: que bonis mētibus esse solet custodia humilitatis: nihilq; aliud ad omne stipendiū nisi vnam tantūmodo vineā habebat. Que quodā die ita gradie in uēte vastata est: vt in ea in paucis vitibus vix parui rariq; racemi remāssent. Quā cū dei predictus vir reuerētissimus Bonifacius ep̄us fuisset ingressus: magnas omnipotenti deo gr̄as retulit: qz in ipsa sua adhuc inopia sese angustari cognouit. Sed cū t̄p̄s exigeret: vt ip̄i quoq; racemi qui remāserant: mature scere potuissent. Custodē vinee ex more posuit: eāq; solerti vigilātia seruari precepit. Quadā vero die mādauit Constātio p̄sbytero nepoti suo: vt cūcta vini vascula in episcopio oīaq; volta ita vt ante cōsueuerat: pice superfusa p̄pararet. Quā cū ne

pos illius p̄byter audisset: valde admiratus est q̄ quasi insana p̄ciperet: q̄ vini vascula preparare faceret qui vinū mīme haberet. Hec tamē presump̄it inquirere cur talia iuberet: sed iussis ob̄pat et om̄ia ex more p̄parauit. Tūc vir dei vineaz in gressus: racemos colligit: ad calcatoruz detulit: oēs q̄ exinde egredi p̄cepit: solus q̄ ibicū vno paruulo puerore māsit: quē in eodē calcatorio deposuit et calcari ip̄os paucissimos racemos fecit. Quōq̄ ex eisdem racemis pax aliquid vini defueret: cepit hoc vir dei suis manib⁹ in paruo vase suscipere et per cūcta volia om̄iaq̄ vasa que parata fuerāt p̄ benedictiōe diuidere vt ex eodē vino oīa vascula vix infusa viderent. Cū vero ex liquore vini parū aliq̄d in vasis oībus misisset: vocauit protinus p̄byterū: r̄ū: iussitq̄ pauperes adesse. Tūc cepit vinū in calcatorio crescere: ita vt oīa que allata fuerāt: pauperū vascula impleteret: q̄bus cū se ydonee satiffecisse cōspiceret: ex calcatorio iussit puerū discedere: apothecā clausit atq̄ imp̄so sigillo p̄ pio munitā reliquit: mox ad ecclesias redijt. Die vero tertia predictū Constantiū p̄byterū vocauit: et oratiōe facta apothecā aperuit: et vasa in quibus tenuissimū liquorē infuderat: vbertim vinū fundentia inuenit: ita vt pauimentū omne ex crescentia vna inuaderēt: si ad hec ep̄us tardius intrasset. Tūc terribiliter p̄bytero p̄cepit ne quousq̄ ip̄e in corpe viueret hoc miraculū cuiq̄ indicaret: p̄timecēs videlicet ne virtute facti humano fauore pulsatus: inde intus inanesceret: vnde foris hoībus magnus appareret: exemplū magistri sequēs qui vt nos ad viā humilitatis instrueret: de semetip̄o discipulis p̄cepit dicēs: vt ea que vidissent mīme dicerēt: quousq̄ fillus hominis a mortuis resurgeret.

Petrus.

Quia occasio apta se p̄buit: libet inquirere quid nā sit q̄d redemptor noster cū duobus cecis lumē redidit: iussit vt nemini dicerēt: et illi absē

tes diffamauerūt eū in totā terrā illā: n̄s: quid nā vnigenitus filius patri et sancto spiritui coeternus: hac in re velle habuit quod nō potuit implere: vt miraculū q̄d taceri voluit: mīme potuisset abscondit?

Gregorius.

Redemptor noster per mortale corpus omne q̄d egit: hoc nobis in exemplū actiōis p̄buit: vt p̄ notariū viriū modulo eius vestigia sequentes: in offenso pede operis p̄ntis vite carparamus viā. Miraculū namq̄ faciēs et tacere iussit: et tamē taceri nō potuit: vt videlicet electi eius exempla doctrine illi⁹ sequētes: in magnis que faciūt latere quīdem in volūtate habeāt: sed vt p̄sint aliis prodant̄ inuiti: quaten⁹ et magne humilitatis sit q̄ sua opera taceri appetūt: et magne vtilitatis sit q̄ eorū opera taceri nō possunt. Non ergo voluit dñs quicq̄ fieri et mīnime potuisset: sed velle eius mēbra debeant. Quid ve de eis etiā notētibus fiat: doctrine eius magisterio exemplum dedit?

Petrus.

Pacet quod dicis.

Gregorius.

Huc pauca aliqua de Bonifacij ep̄scopi opere sup̄sunt: quia eius memoriā fecim⁹ exequamur. Alio nāq̄ tempore beati Proculi martyris natalitius p̄p̄inquabat dies. Quo in loco vir nobilis Fortunatus nomie manebat: qui magnis precibus ab eodē venerabili viro postulauit: vt cū apud beatus martyre missarū solennia ageret ad benedictionē dandā in suaz domū declinaret. Vir autē dei negare non potuit: quod ab eo et Fortunati mente charitas poposcit. Peractis igit̄ missarū solennijs: cum ad predicti fortunati venisset mensaz priusq̄ deo hymnū diceret: sicut quidā ludendī arte cibū solēt querere: repēte ante ianuā cū sumia vir astitit: et cibala p̄cussit. Quē scētus vir dedignat⁹ audies sonitus dixit: heu heu mortu⁹ est miser ille: mortu⁹ est

miser iste. Ego ad mēsam refectionis ve-
nit: os adhuc ad laudē dei nō aperui ⁊ ille
cū simia veniēs percussit cimbala. Subiun-
xit quoq; ⁊ ait: Ite ⁊ p̄ charitate ei cibuz
potūq; tribuite: scitote tamē qz mortuus
est. Qui infelix vir dñi panē ac vinū ex ea
dē domo p̄cepisset: egredi ianuā voluit:
sed saxum ingens subito de tecto cecidit:
eiq; in vertice venit. Ex qua percussione p̄-
stratus: in manib⁹ iā semiuiv⁹ leuat⁹ est.
De vero altera fin viri dei senten. iā fun-
ditus finivit vitā. Qua in re petre p̄san-
dum est: quātus sit viris sanctis timor: ex
hibēdus: tēpla enī dei sunt: ⁊ cū ad iracū-
diā vir sanctus trahit: quis allus ad iras-
cendū nisi eiusdē tēpli inhabitator excita-
tur. Metuēda ergo tanto est ira iustoruz:
quāto ⁊ cōstat qz in eorū cordib⁹ ille pres-
ens est: qui ad inferendā vltionē quā vos
luerit inualidus non est.

Lio quoq; tēpore predict⁹ Con-
stātius presbyter: nepos ei⁹ equū
suū xij. aureis vēdidit: quos in p̄-
pria archa ponēs ad exercendū opus ali-
qđ discessit: tūc subito ab episcopio paupe-
res venerūt: qui importūe precabant: vt
eis sanct⁹ vir Bonifaci⁹ episcop⁹ ad con-
solationē sue inopie aliqđ largiri debuisset.
Sed vir dei qz quid tribueret nō ha-
bebat: estuare cepit in cogitatōe ne ab eo
paupes vacui exirent. Cui repēte ad me-
moriā rediit qz Constātius presbyter ne-
pos eius equū quē insidere p̄sueuerat vē-
didisset: atq; hoc ipsum in archa sua pre-
ciū haberet. Absente igif eodem nepote
suo accessit ad archā: ⁊ pie violētus clau-
stra arche cōminuit. xij. aureos tulit: eosq;
q; indigētibus vt placuit diuidit. Itaq;
Constātius presbyter reuersus ex opē ar-
chā fractā repperit: ⁊ caballi sui p̄ciū qđ i-
eā posuerat nō inuenit. Cepit itaq; voce
magna p̄strepere: ⁊ cū furore nimio clama-
re. Omēs hic viuunt: solus ego in domo
hac viuere nō possum. Ad cuius nimirū
voces venit episcopus omnesq; in eodez
episcopio aderant. Cumq; eum locutiōe
blanda vir dei tempore voluisset: cepit il-

le eum surgio respōdere dicens: Omēs te-
cū viuūt: solus ego ante te hic viuere nō
possum: reddē mihi solidos meos. Quis-
bus vocib⁹ cōmotus Episcop⁹ beate ma-
rie virginis ecclesiā ingressus est ⁊ expan-
sis manib⁹ stando cepit orare vt ei redde-
ret: vnde presbyteri furentis insania miti-
gari potuisset. Cūq; subito oculos ad ve-
stimentū suum inter extensa brachia redu-
xit: repente in sinu suo duodecim aureos
inuenit: ita fulgētes tanq̄ si ex igne pdu-
cti eadē hora fuissent. Qui mox de eccle-
sia egressus eos in sinū furentis presbyte-
ri proiecit dicens: Ecce habes solidos q̄s
quesisti: sed hoc tibi notū sit qđ post mor-
tem meā tu habitus ecclesie Episcopus nō
eris: p̄pter tuā auariciā. Ex qua sentētia
veritatis colligif: qz eorū solidos pres-
byter p̄o adipiscēdo episcopatu prepara-
bat: sed virt dei sermo p̄ualuit: nā isides
Constāntius in presbyteratus officio vis-
tam finivit.

Lio quoq; tēpore duo ad eū So-
thi hospitalitatis gratia venerūt:
qui rauennā se festinare professi
sunt. Quib⁹ ipse paruū vas lignū vino
plenu manu sua prebuit: qđ fortasse i p̄a-
dio itinertis habere potuissent: ex quo illi
quo ad usq; rauennā venirent: gothi bibe-
runt. Sicq; vsq; ad eundē venerabilē pa-
trem ferētes reuersi sunt: vt nullo die ces-
sarent bibere: ⁊ tamen vinū eis ex illo va-
sculo nunq; deesset ac si i illo vase ligneo
qđ Episcopus eis dederat: vinū non au-
geretur: sed nasceretur.

Maper quoq; de eiusdē loci p̄tib⁹
senex quidaz clericus aduenit: ⁊
ea que ipse de eo narrat: silētio nō
sunt pretereunda. Hāc dicit qz quadā die
ingressus hortū magna hūc erucarū mul-
titudine inuenit esse coopertū. Qui omē
olus in eo depire conspicies: ad easdem
erucas cōuersus dixit: Adiuuro vos in no-
mīe dñi iesu christi recedite hic: atq; hec
olera comedere nolite. Que statim ad vi-
ri dei verbū ita omnes egressi sunt: vt nec
vna quidez intra spaciū hortū remaueret.

Sed quid mirū q̄ hec de episcopatus est? tempore narzamus: quādo iam ab omni potente deo ordine simul ⁊ moribus creuerat: dum illa magis miranda sint q̄ eius hic senex clericus adhuc puerulū fecisse testatur. Nam ait q̄ eo tēpore quo cū matre sua puer habitabat: egressus hospitio nonnunq̄ sine linea: crebro etiā sine tunica reuertebatur. quia mox vt nudus: quēpiam inuenit: vestiebat: hic se expolians vt se ante dei oculos illius mercede vestiret. Quē mater sua frequēter increpare consueuerat: dicens q̄ iustum nō esset vt ipse inops pauperibus vestimēta largiretur. Que die quadā horreum ingressa pene omne triticū q̄ sibi in expēdiū totius anni p̄parauit: inuenit a filio suo pauperibus erogātū. Cumq̄ semetipsam alapis pugnifq̄ tunderet: q̄ quasi anni subsidia p̄didisset: superuenit Bonifacius puer: deiceamq̄ verbis quibus valuit: consolari cepit. Que cū nihil cōsolationis admittēret: hanc rogauit vt ab horreo exire debuisset: in quo ex omni eorū tritico paruz quid inuentū est remansisse. Puer autē dei sese illic protinus in orationem dedit qui post paululū egressus ab horreo matrem reduxit ad horreū q̄ ita tritico plenum inuentū est sicut plēnū ante fuerat: vnde mater illius totius anni sumptus se cōgregasse gaudebat. Quo viso miraculo cōpuncta mater iam ipsa cepit hortari vt daret qui sic celeriter posset: que petisset: accipere. Nec itaq̄ in hospitij sui vestibulo gallinas nutrire consueuerat: sed eas ex vicino rure vulpis veniēs auferēbat. Quadā vero die dū in eodem vestibulo puer Bonifacius staret: vulpis ex more venit gallinā abstulit. Ipse autē concitus ecclesiā intrauit ⁊ se in oratione prosternēs apertis vocibus dixit: Placeat tibi dñe vt de nutrimentis matris mee māducare nō possim. Ecce enim gallinas quas nutrit: vulpis comedit. Qui ab oratione surgens ecclesiā est egressus. Mox autē vulpis redijt: gallinā quā ore tenebat: in iūctatq̄ ipsa moriēs an̄ eius ocu-

los in terram cecidit.

Petrus.

Alde mihi mirū videtur q̄ exaudire preces in se sperantū: euz in rebus villibus dignatur deus.

Gregorius.

Hec de petre ex magna conditoris nostri dispensatione agitur: vt per minima que precipimus: sperare maiora debeamus. Exauditus nāq̄ est in rebus villibus puer sanctus ⁊ simplex vt in paruis disceret: q̄tum de deo presumere in magnis petitionibus deberet.

Petrus.

Placet q̄d viciis.

De fortunato Ludertine ciuitatis episcopo: Cap. X.

Gregorius.

Huius quoq̄ vir venerabilis in eisdem p̄tibus fuit Fortunatus nomine Ludertine antistes ecclesie qui in effugandis spiritibus linense virtutis gratia polebat. Ita vt nōnunq̄ ab obsessis corporibus legiones demonū pelleret ⁊ cōtinuo orationis studio intētus obiectas cōtra se eorū multitudines superaret. Huius viri familiarissimus fuit Iulianus nostre ecclesie defensor: qui ante nō longū tēpus in hac vrbe defunctus est. Qui ego quoq̄ hoc didici relatione q̄d narro: quia sepe gestis illius vsu familiaritatis intererat. eiusq̄ post memoriā ad instructionē nostrā quasi savi dulcedinē in ore retinebat.

Petrus. Atrona quedā nobilis in vicinis p̄tibus Thuscie virū habebat: q̄ intra breue tempus quo filiū eius acceperat: cū eadē socru sua ad dedicationem oratorij beati Sebastiani martyris fuerat inuitata. Nocte vero eadē qua subsequēte die ad dedicationē predicti oratorij fuerat processura: voluptate carnis venicta: a viro suo sese abstinēre nō potuit. Quis mane facto conscientiam deterreret perpetrata carnis delectatio: processionē

vero imparet verecūdia: plus erubescēs
vultū hominū q̄ dei iudiciū metuens: cū
focu sua ad dedicationē oratorij proces-
sit. Mox vero vt reliquit beati Sebastia-
ni martyris oratorij ingresse sunt eandē
predictā matronā malign⁹ spūs arripuit:
et coram omni populo vexare cepit. Eius-
dem vero oratorij presbyter dū eaz vehe-
mentissime vexari cōspiceret: ex altari p-
tinus syndonē tulit: eamq; operuit: sed et
hunc simul repēte dyabolus inuasit. Et
quia ultra vires voluit quicquā presume-
re: cōpulsus est: et ipse cognoscere in sua
veraxiōe quid esset. Hi vero qui aderāt:
puellam in manib⁹ ex oratorio sublatam
ad domū propriā reportauerūt. Cūq; hāc
antiq̄us hostis vexatione cōtinua vehe-
menter attereret: p̄pinq̄i sui eam carna-
liter amātes: et amādo prosequētes ad ob-
tinendū salutis remediū malefici tradi-
derūt: vt eius animā fundit⁹ extinguerēt:
culus carni magicis artibus ad tēpus p-
desse conarent. Ducta est itaq; ad fluuiū
atq; in aquā mersa. Ibiq; diutius incan-
sationib⁹ agere malefici moliebant vt is
qui eam inuaserat dyabolus exiret. Sed
miro omnipotentis dei iudicio dū arte p-
uerfa vnus ab ea repellit: in eam legio su-
bito intrauit. Cepit ex hoc illa tot motib⁹
agitari: tot vocibus: clamoribus p̄strepe-
re: quot spiritibus tenebat. Tunc inuito
cōsilio parentē eius sine perfidie culpā
fatentes: hanc ad venerabilē virū Fortu-
natum episcopū deduxerūt: eiq; relque-
runt. Qua ille suscepta multis se diebus
ac noctibus in orationē dedit: tantoq; an-
nū precib⁹ incubuit: quāto et in vno cor-
pore contra se assistere legionis aciem in-
uenit. Quā non post multos dies ita sa-
naz atq; incolumē reddidit: ac si in ea ius
propriū dyabolus nunq̄ habuisset.

Alio quoq; tempore idem vir om-
nipotentis dei famulus ex obses-
so quodam homine in mundū spi-
ritum excussit. Qui malignus spūs cum
vesperascente iam die secretam ab omni-
bus horā cerneret: peregrinū quēpiam ef-

se se simulans circuire cepit ciuitatis pla-
teas et clamare. Virum sanctū fortuna-
tum episcopū. Ecce quid fecit: peregrinū
hominē de hospicio suo expulit. Quero
vbi requiescere debeam: et in ciuitate ei⁹
nec inuenio. Tūc quidā in hospicio cum
uxore sua et paruulo filio ad prunas sedes
bat. Qui vocē eius audiens et quid Epi-
scopus ei fecerit requirens hunc inuita-
uit hospicio sedere secum iuxta prunas se-
dit. Cūq; vicissim aliqua confabularētur
paruulum eius filiū idem malignus spū-
tus intrauit: atq; in eisdem prunas proie-
cit. Ibiq; mox eius animā excussit. Qui
orbatus: miser: vel quem ipse susceperit
vel quē episcopus expulit: agnouit.

Petrus.

Quid nam hoc esse dicimus vt oca-
cidendi ausum in ei⁹ hospicio an-
tiquus hostis acciperet: qui hunc
peregrinū estimans ad se hospitalitatis
gratia vocauit.

Gregorius.

Alta Petre videntur bona: sed
non sunt: quia bono animo non
sūt. Unde et in euāgelio veritas
dicit. Si oculus tuus nequā fuerit: totū
corpus tuū tenebrosū erit: quia cū per-
uerfa est intentio que precedit: prauum ē
omne opus qd sequitur: quāuis esse rectū
videatur. Ego nāq; hunc virū qui dum
quasi hospitalitatē exhiberet: orbatus ē:
non pietatis opere delectatus estimō: sed
episcopi derogatione. Nam pena suble-
uens innotuit: quia precedens illa susce-
ptio sine culpa non fuit. Sunt nāq; non
nulli qui iaculo facere bona studeat vt gra-
tiam aliene operationis obnubilent: nec
pascuntur bono qd faciunt: sed laude bo-
ni: qua ceteros preiungunt. Qua de re exi-
stimo hunc virum qui malignū spiritum
in hospitalitatem suscepit: ostē: rationem

boni potius intendisse quam operam. ut meliora quam Episcopus fecisse videretur: quatenus ipse susciperet eum quem vir domini mihi Fortunatus expulisset. Ita est ut dicatur: nam finis operis probat: quod munda intentio operationis non fuerit.

Hic quoque tempore dum oculo tum quidam lumen amisisset: ad hunc deductus intercessio eius opem petiit et impetravit. Nam cum vir dei oratione facta oculis eius signum crucis imprimeret: ab eo luce reddita non cecitatis abscessit.

Preterea equus cuiusdam militis in rabiem fuerat versus: ita ut a multis teneri vix potuisset: sed quoscumque potuit inuaderet et eorum membra morsibus dilaniaret: tunc utcumque a multis ligatus ad virum dei deductus est. Qui mox eius capiti extensa in manu signum crucis edidit: cuncta eius rabiem in mansuetudinem mutavit ut postea mitior existeret: quae ante illam insana fuisset. Tunc idem miles equum suum quem celerissime ex miraculi imperio a sua vesania vidit imutatam: eidem sancto viro deprecatur offerendum. Quae cum suscipere ille recusaret: ipse vero in precibus ne despiceretur eius oblatio: perseveraret: sanctus vir media duarum partium viam tenens et petitionem militis audiuit: et munus recipere pro exhibita virtute recusavit. Prius namque dignum precium prebuit: et postea equum quem sibi offerebat: accepit. Quia enim si non susciperet: eum contristari conspexerat: charitate cogente emit quod necessarium non habebat. Neque hoc silere de huius viri virtutibus debeo quod ante dies fere: xij. audiui. Quidam namque ad me deductus est senex pauper atque ut mihi senum collocutio esse semper amabilis solet: studiose hunc vnde esset inquisiuit: qui se esse de Tuderina ciuitate respondit. Cui inquam? Quae te pater: num Fortunatum Episcopum nosti. Cui ait. Huius et bene noui. Tunc ipse subiunxit. Dic ergo si qua illius miracula nosti et desideranti mihi

qualis vir fuerit: innotescere. Qui ait homo ille ab istis hominibus longe fuit quod videmus modo. Nam quicquid ab omnipotente deo petiit: ita dum peteret impetravit. Cuius hoc vnum narro miraculum quod ad praesens animo occurrit. Quadam namque die Bothi iuxta Tuderinam venerunt qui ad partes Rauene properabant: et duos paruulos puerulos de possessione abstulerant quae possessio praefate Tuderinae ciuitati subiacebat. Hoc cum vir sanctissimo Fortunato nunciatum fuisset: praeterea misit atque eosdem Bothos ad se vocari fecit. Quos blando sermone alloquens eorum prius studuit asperitatem placare. ac post intulit dicens. Quale vultis precium: dabo et puerulos quos abstulistis: reddite mihi quae hoc gratie vestre munus prebete. Tunc is qui prior eorum esse videbatur: Respondit: dicens. Quicquid aliud precipis: facere parati sumus.

Nam istos puerulos nullatenus redidemus: cui venerandus vir blande minatus dicit. Contristatus me et non audis patrem tuum: noli me contristare: nam non expedit tibi. Sed istud Bothus in cordis sui feritate permanens negando discessit.

Die vero altera digressurus rursus ad Episcopum venit. Quem isdem verbis pro predictis puerulis iterum Episcopus rogauit. Cumque ad reddendum nullo modo consentire voluisset contristatus Episcopus dixit. Scio quia tibi non expedit quod me contristato discedis. Quae Bothus verba despiciens ad hospitium reuersus: eosdem pueros de quibus agebatur: eisque super impositos cum suis hominibus praemisit: ipse vero statim ascendens equum subsecutus est. Cumque in eadem ciuitate ante beati Petri apostoli ecclesiam venisset: equi eius pes lapsus est. Qui cum eorum corruit et eius coram mox fracta est: ita ut in duabus partibus os esset diuisus. Venatusque in manibus reductus est ad hospitium. Qui festinus misit et pueros quos praemisit reduxit: et viro venerabili fortunato mandauit. dicens. Rogo te pater: mitte ad me

dyaconū tuū. Lulus dyacon⁹ dū ad iacē-
tem venisset: pueros quos redditurum se
episcopo omnino negauerat: ad medium
deduxit: eosq; dyacono illius reddidit: vi-
dens. Eade ⁊ die dño meo episcopo quia
maledixisti mihi: ecce percussus sum: s; pue-
ros quos quesisti: recipe ⁊ pro me rogo:
intercede. Suscepit itaq; puerulis dya-
conus eos ad episcopū reduxit: cui bene-
dictā aquā venerabilis Fortunat⁹ dedit.
dicens: Eade citius ⁊ eā sup iacētis corp⁹
protice. Perrexit itaq; dyacon⁹ atq; ad
Dortū introgressus benedictā aquā sup
mēbra illius asperfit: res mira ⁊ rebemē-
ter stupēda: mox vt aqua benedicta So-
thi corā cōtigit ita hominis fractura soli
data est ⁊ salutē pristina corā restituta vt
hora eadē de lecto surgeret ⁊ ascēso equo
ita cepit iter agere ac si nullā vnq; lesionē
corpis pertulisset. Factiq; est vt qui san-
cto viro fortunato pueros cū precio redde-
re: obediētie subiectus: noluit. eos sine p-
cio: pene subactus: donauit.

His igit̄ expletis studebat adhuc
senex de eo ⁊ alia narrare. S; q̄
nonnulli aderāt: ad quos exhortā-
dos occupabat. Itaq; diei tardior hora in-
cubuerat: venerabilis Fortunati facta mi-
hi audire nō licuit: que audire si liceat: sp-
volo. Sed die alia sīdem senex rē de illo
magis mirabilē narrauit: dicens.

In eadē Tudertina vrbe marcel-
linus quidā bone actionis vir cū
duabus sororib⁹ suis habitabat:
qui eueniēte molestia corpis ipso sacratis-
simo vespassente iam sabbato pascale de-
functus est. Cui⁹ corpus: cū longius eff-
fferendū: die eodem sepeliri nō potuit.
Cūq; mora esset tēporis ad explendū de-
bitū sepulture: sorores eius morte eius af-
flicte: accurrerūt flētes ad venerabilē For-
tunatū ei⁹ magnis vocibus clamare ce-
perunt. Scimus quia apostolorū vitā te-
nes: leprosos mundas: cecos illuminas:
veni ⁊ resuscita mortuū nostrū. Qui mox
vt earū fratē cognouit defunctū: flere et
pse etiā de morte eius cepit: ei⁹q; respons-

dere dicens. Recedite ⁊ hec dicere noli-
te: quia iussio omnipotētis dei est: cui cō-
traire nullus hominū potest. Illis itaq;
discedētibus tristis ex morte eius mansit
episcopus. Subsequēte autem die dñico
ante exurgētis lucis crepusculum: voca-
tis duobus dyaconis suis perrexit ad do-
mum defuncti: accedēsq; ad locū: vbi cor-
pus iacebat exanime: ibi se in orationem
dedit. Expleta autē prece surrexit ⁊ iuxta
corpus defuncti sedit: non autē grādī ⁊ iuxta
ce defunctū per nomē vocauit: dicens. Fra-
ter marcelle. Ille autē: actū leuiter dormi-
ens: ad vicinā vocē quibus modica fuisset
curat⁹: statim oculos aperuit: atq; ad Epi-
scopū respiciēs dixit. Quid fecisti: qd
fecisti? Cui episcopus rūdit dicens. Quid
fecit? At ille ait. Duo hesternō die vene-
runt qui me eliciētes ex corpore in bonis
locū duxerunt. Hodie autē intus missus
est: qui dixit. Reducite eū quia Fortuna-
tus Episcopus in domū eius venit. Qui
bus verbis expletis mox ex infirmitate cō-
ualuit ⁊ in hac vita diutius māsit. Nec ta-
men credendū est quia locū quem accepe-
rat: perdidit: quia dubiū non est: qd inter-
cessoris sui precibus potuit post mortem
melius viuere: qui ante mortē studuit om-
nipotēti deo placere. Sed cur multa de
eius vita dicimus: cū nunciq; ad corpus
illius tot virtutū documēta teneam⁹. De
montiacos quippe absolueret: egros cura-
ret: quotiens ex fide expectē: vt viuus con-
sueuerat: hoc indefinenter facere ⁊ apud
mortua sua ossa perseuerat. Sed libet pe-
tre adhuc ad valerie prouincie ptes: nar-
nationis mee verba reducere: de quibus
me eximia valde miracula ex ore venera-
bilis Fortunati: cuius nō longe superius
memoriā feci: contigit audisse: qui crebro
ad me nunciusq; veniens dū facta mihi ve-
terum narrat: noua refectione me fatiat.

**De Martyrio monacho:
prouincie Valerie.
Capitulum. XI.**

Quidam nūc in eadē prouincia Martyrius noīe: deuotus valde omnipotētis dei famul⁹ exiit: qui et hoc de virtutibus suis testimoniū signū dedit. Dum quadā die fratres illius panē subcineritiū fecissent: atq; obliuī essent crucis signū imponere: sicut in hac prouincia crudi panes signo signari solēt: vt per quadras quattuor partiti videant: idē dei famulus affuit: eisq; referētibus signatū nō fuisse cognouit. Cūq; iam panis ille prunus esset et cineribus cooperitus: dixit: Quare hūc minime signastis? Qui hec dicens: Signū crucis digito extra prunam fecitq; uo signāte. prunus immāsum crepitū panis dedit: ac si ingēs in ignib⁹ olla crepuisset. Qui dū coctus postmodū fuisset: ab igne subtractus: ea cruce signatus inuentus est: quā non cōtractus: sed fides fecerat.

De Seuero presbytero eiusdem prouincie. Cap. XII.

In eo etiā loco iterorina uallis dicit^r: que a multis uerbo rustico interocrina nominat. In qua erat quidā uir uite uenerabilis: ualde admirabilis noīe Seuerus: ecclesie beate Marie dei genitricis et semp uirginis: sacerdos. Idunc cū quidā paterfamilias ad extremū uenisset diē: missis cōcitis: nūcijs rogauit: vt ad se quāto eius posset ueniret: suisq; oratōibus p peccatis eius intercederet vt acta de malis suis penitētia: solutus culpa: de corpore exires. Qui uidelicet sacerdos: inopinate cōtingit: vt ad putandā uineā esset occupat⁹: atq; ad se ueniētibus diceret. Antecedite ecce ego uos subsequē. Cūq; uideret sibi in eodē opere parū aliquid superesse: paululū morā fecit: vt opus quod minimū restabat expleret. Quo expleto cepit ad egrū pergere: cū uero in itinere occurrētes hī qui prius uenerāt: obuiā facti sunt: dicentes: Pater quare tardasti: noli fatigari: quia iam defunctus est. Quo audito ille cōtremuit: magnisq; uocib⁹ se interfecto

rē illius clamare cepit. Flens itaq; peruenit ad corpus defuncti: seq; corā lecto illius cū lachrymis in terrā dedit. Cūq; iam uehemēter fleret: in terrā caput tonderet seq; reū mortis illius clamaret: repēte is qui defunctus fuerat: animā recepit. Quis cū multi q; circūstabant aspicerēt: admittenti ratiōis uocibus emissis ceperūt amplius flere pre gaudio. Cūq; eum requirerent: ubi fuerit: vel quomō redisset: ait: Terri ualde erāt hoīes qui me ducebāt: ex quorū ore ac naribus ignis exibat: quē tolerare non poterā. Cūq; per obscura loca me ducerēt: subito pulchre uisionis inuenis cū alijs nobis eūtib; obuiam factus est: qui me trabētibus dixit: Reducite illuz quia Seuerus p̄sbyter plangit. Eius enī lachrymis dñs eum donauit. Qui scilicet Seuerus ptinus de terra surrexit: et q; penitentiā agentis opem sue intercessionis prebuit. Et dū per dies septē de perpetratis culpis penitentiā eger rediuit: ageret: octaua die letus de corpore exiit. Perpende queso hūc de quo loquimur: Seuerū: quē dilectū dñs accendit: quem cōtristari nec ad modicū pertulit.

Petrus.

Miranda sunt ualde que dicit: que me inuento nūc usq; latuisse. Sed quid esse dicimus: q; modo tales uiri nequeūt inueniri?

Gregorius.

Hoīes Petre multos tales in hoc seculo nec mō deesse existimo: neq; enim si talia signa nō faciūt: ideo tales nō sunt. Certe namq; uera estimatio in uirtute est operum: non in ostēsiōe signorū. Nam sunt pleriq; qui et si signa nō faciunt: signa tamen faciētibus dispares nō sunt.

Petrus.

Hde mihi rogo hoc ostēdi potest q; sint quidā qui signa nō faciūt: et tamen signa faciētibus dissimiles nō sunt.

Gregorius.

Anquid nā nescis quoniam Paulus apostolus Petro apostolorū primo: in principatu Apostolico frater est.

Petrus.

No plane nec dubiū est: quia et si minimus omnium apostolorū: plus tamen omnibus laborauit.

Gregorius.

Quod bene ipse reminisceris: Petrus super mare pedibus ambulauit. Paulus in mari naufragius pertulit: et in vno eodemque elemento: ibi Paulus ire cū nauī non potuit: vbi Petrus pedibus iter fecit. Aperte igitur constat: quia cū virtuosus virtus fuerit dispar in miraculo: virtuosus tamē meritū dispar non est in celo.

Petrus.

Lacet: fateor omnino quod dicis.

Ecce enī aperte noui: quia vita et nō signa querēda sunt. Sed quoniam ipsa signa que sūt bone vite testimonium ferunt. Quæ te adhuc si qua sunt: referas: vt esurientē me per exempla bonorum pascas.

Gregorius.

Vellem tibi in laudibus redemptoris de viri venerabilis Benedicti miraculis aliqua narrare: sed ad hec explenda hodiernū tempus video non posse sufficere. Liberius itaque hec loquimur si aliud exordium sumamus.

Explicit liber primus dialogorum beati Gregorij.

Sancti Gregorij pape dialogorum liber secundus: de vita et miraculis sancti Benedicti: feliciter incipit.

De ortu: moribus: ac conuersatione sancti Benedicti: Capitulum I.

Fuit vir vite venerabilis Benedictus: dei gratia et nomine ab ipso sue puericie tempore cor gerens senile. Etate quippe moribus transiens nulli voluptati animū dedit: sed vā in hac terra adhuc esset quo temporaliter libere vti potuisset: desperit iam quasi aridū mundū cū flore. Qui liberiori genere ex puincia Nursie exortus. Rome liberalibus litterarū studiis traditus fuerat. Sed cū in eis multos ire per abrupta viciorum cerneret eū quē quasi ingressum mundi potuisset retraxit pedē: ne si quid de sciētia eius attingeret: ipse quoque postmodum in inane precipitiū totus irret. Despectis itaque litterarū studiis: relicta domo: rebusque patrijs: soli deo placere desiderans: sancte conuersationis habitū quesuit. Recessit igitur scienter nesciens et sapienter indoctus. Huius ego omnia gesta nō didici: sed pauca que narro: quatuor discipulis illius referētibz agnouit Constantino scilicet reuerēdisimo valde viro: qui ei in monasterij regimine successit. Valeriano quoque qui annis multis Lateranensi monasterio presuit. Simplicio qui congregationē illius post eū tertius rexit. Honorato etiā qui nunc adhuc celle eius in qua prius conuersatus fuerat: presit.

De Capisterij fracti reparatione: Cap. II.

Hic itaque cū iam relictis litterarū studiis petere deferta decreuisset: nutrix que hunc artius

amabat: sola secuta est. *L*uncq; ad locum venissent: qui dicitur *E*uide multisq; honestioribus viris pro caritate illic detentis: in beati *P*etri ecclesia demorarent predicta nutrix illius ad purgandū tritici cum a vicinis mulieribus prestari sibi capisteriū petijt. *Q*uod super mensa incaute de relictiū casu accidēte fractū est: sic vt duabus partibus inuentret diuisum. *Q*uod mox rediens nutrix illius vt ita inuenit: vehemētissime flere cepit: quia vas quod prestitū acceperat: fractū videbat. *B*enedictus autē religiosus r plus puer cum nutrice suā flere cōspiceret: eius dolori compassus ablatis secū vrinisq; fracti capisterij partibus: sese cum lachrymis in oratione dedit: qui ab oratione surgēs ita iuxta se vas sanū repperit: vt in eo inuentri fracturę nulla vestigia potuisset. *M*oxq; nutricē suā blande consolatus: ei sanū capisteriū reddidit: quod fractū tulerat. *Q*ue res in eodē loco a cunctis est agnita: atq; in tāta admiratiōe habita: vt hocipm capisteriū ei? loci incolę in ecclesie ingressu suspenderēt: quatenus presentes r futuri oēs agnoscerēt: a quāta *B*enedictus puer quersatiōis gratia: perfectiōe cepisset. *Q*uod annis multis illic ante omnium oculos fuit: r vsq; ad hec longobardoz tempora sup fores ecclesie pepēdit. *S*ed *B*enedictus plus appetēs mala mūdī perpeti q̄ laudes: p deo laboribus fatigari q̄ vite huius fauore extolli: nutricē suā occulte fugiens deserti loci secessum petijt. *C*ui sublacus vocabulū est: qui a Romana vrbē quadraginta fere millarib? distās frigidas atq; perspicuas emanat aquas. *Q*ue illic videlz aquarū abūdātia in extrēso prius loco colligit: ad extrēmū vero in annē derivat. *Q*uo dū fugiens pergeret monachus quidā Romanus nomine hūc euntē repperit: quo tenderet rēquirit. *C*uius cū desideriū cognouisset: r secretū tenuit: r adiutorium impendit: eiq; sancte cōuersatiōis habitū tradidit: r inquantū licuit ministravit. *A*ir autē dei ad eundē locū perueniens in artificiosā specū se tra-

didit: r tribus annis excepto Romano monacho: oibus ibi incognitus māsit. *Q*ui videlicet Romanus nō longe in monasterio sub *T*heodaci patris reglā degebat. *S*ed pte eiusdē patris sui oculis furabatur horas: r quę sibi ad manducandū subriperē poterat: diebus certis *B*enedicto panē ferebat: ad eandē vero specū a Romano cella iter nō erat. *Q*uia excelsa desup rupis eminebat: sed eadem rupe in longissimo fune ligatū Roman? deponere panē cōstauerat. *I*n qua etiā resti parū tintinabulū inseruit: vt ad eius sonū cognosceret: quādo sibi Romanus panē preberet: quē exiens acciperet. *S*ed antiquus hostis vni? charitati inuidens: r alterius respectiōi cū quādā die submitti panē cōspiceret: lactavit lapidē r tintinabulū fregit. *R*omanus tamē modis cōgruentib? ministrare nō desijt. *L*um vero iam deus ofpotens r Romanū vellet a labore quietescere: r *B*enedicti vitā in exemplū hominū demonstrare: vt posita super candelabū lucerna claresceret: quatū? omnibus: qui in dei domo sunt luceret: cuiadā p̄bytero longius manētī qui refectionē sibi in pascali festiuitate parauerat: per visus domini apparere dignatus est: dicens: *T*u tibi delicias preparas: r seruis meis illo in loco fame cruciast. *Q*ui p̄tinus surrexit: atq; in ipā solēnitare pascali cū alio mentis que sibi parauerat: ad locū tetendit: r virū dei per abrupta montiū: per cōcaua vallū: per defossa terrarū questuit: eūq; latere in specu repperit. *L*uncq; oratione facta: r benedictes dominiū omnis potentē cōfessissent. *P*ost dulcia vite colloquia is qui aduenerat: p̄byter dixit: *S*urge sumamus cibū: quia hodie pasca est. *C*ui vir dei respondit: dicens: *S*cio: quia pasca est: q; hodie te videre merui. *L*ongē quippe ab hōibus positus: quia die eodem paschalis solēnitās esset: ignorabat. *V*enerabilis autē p̄byter rursus asseruit: dicens: *V*eraciter hodie resurrectionis dominice paschalis dies est: abstinerere tibi minime p̄gruit: quia r ego ad

hoc missus sum: ut omnipotētis dei bona pariter sumamus. Benedicētes igitur dominum sumplerūt cibū. Expleta itaque refectio et colloquio ad ecclesiā suā presbyter secessit. Eodē quoque tempore hunc in specu latitantē etiā pastores inuenerūt: quos dū vestitum pellibus inter frutecta cerne rēt: aliquā bestia esse crediderūt. Sed cognoscētes dei famulū eorū multi ad pietatis gratiā a bestiali mēte mutati sunt. **H**omen itaque eius per vicina loca innotuit cunctis. Factūque est ut ex illo iam tempore a multis frequētari cepisset. Qui cum ei cibū afferrent corpore: ab eius ore in suo pectore animēta refrebāt vite.

De temptatione carnis superata.

Cap. III.

Quadam vero die dū solus esset temptator affuit. **H**ā nigra paruaque auis que merula nominatur: circa eius faciē volitare cepit: eiusque vultū impertune insistere: ita ut manu capi posset: si hanc vir sanctus tenere voluisset: sed signo crucis edito recessit auis. **T**anta autē carnis temptatio aue eadē recedēte sequuta est: quantā vir sanctus nunquā fuerat expertus. **Q**uandam namque aliquādo feminā viderat: quā malignus spūs ante eius mentis oculos reduxit: tantosque igne serui dei animū in specie illius accendit: ut dū in eius pectore amoris flāma vim caperet: etiā pene deserere heremū voluptate victus deliberaret. **T**ūc subito supna gratia respectus: ad semetipsum reuersus est atque vrticarū et vepū iuxta densa succrescere frutecta cōspiciens erutus indumēta: nudū se in illis spinarū aculeis et vrticarū incēdis piecit. **I**bi quoque diu volutat: toto ex eis corpore vulnerat: exijt et per cutis vulnera duxit a corpore: vulnus mētis. **Q**uia voluptatē traxit in dolorē. **E**ūque pena penaliter foris arderet extinxit quod intus illicite ardebat: vicit itaque peccatū quia mutauit incēdiū. **E**x quo videlicet tempore sicut post discipulis ipse perhibebat. **I**ta in eo est temptatio voluptatis edomita: ut tale aliqd minime sen-

tiret. **L**eperūt postmodū multi iam mundum relinquere atque ad eius magisteriū festinare. **L**iber quippe attemptatiōis vicio: vere iure iam factus est virtuti magister. **U**nde in Exodo et per Moysen precipitur: ut leuite a viginquinque annis et supra ministrare debeāt. **A**b anno vero quinquagesimo custodes vasorum fiant.

Petrus.

Iam quidē prolati testimoniū mihi aliquantū intellectus interlucet sed tamē hoc planius exponi potestulo.

Gregorius.

Iacet petre quod in iuuetute carnis temptatio serueat. **A**b anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat. **S**acra autē sacrata sunt fidelium mētes. **E**lecti ergo cum adhuc in temptatione sūt: subesse eos ac seruire necesse est: et obsequijs laboribusque fatigari. **C**ū vero iam mētis etate trāquilla calor recesserit temptationis custodes vasorum sūt: quia doctores animarū sūt.

De vitreo vase per signū sancte crucis rupto: Cap. III.

Petrus.

Item placet quod dicit sed quia prolati testimoniū clausa reserasti: queso ut de vita iusti debeat ea que sūt inchoata percurrere.

Gregorius.

Eccedente igitur temptatione vir dei quasi spinis erutis: exulta terra de virtutū segete feracius fructus dedit. **P**reconio itaque extinte conuersationis celebre nomen eius habebatur. **N**ō longe autē monasteriū fuit cuius cōgregatiōis pater defunctus est. **O**isque ex illo cōgregatio ad eundē venerabilē Benedictū vēit: et magnis precibus ut eis preesse deberet: petijt. **Q**ui diu negādo distulit: suis illorumque fratrum moribus cōuenire nō posse p̄dixit: sed victus quibus precibus: al-

sensum dedit. Quis in eodē monasterio regularis vite custodiam teneret: nulliq; ut prius p̄ actus illicitos in dexteram leuāq; p̄tem deflectere a cōuersatiōis itinere liceret: suscepti fratres infane seueritates semetipsos prius aecusare ceperunt: quia hūc sibi p̄cesse poposcerāt: quorū seorsus titudo in norma eius recitūdinis offendebat. Quis sibi sub eo cōspicerēt: illicita nō licere: et se volerēt vsitata relinquere: vtrūq; esset q̄ in mēte veteri cogebatur noua meditari: et q̄ grauis ē semp̄ prauis moribus vita bonozū: tractare de ei⁹ morte aliquid conati sunt. Qui inuito consilio venenū vino miscuerūt: et cū vas vitreum in quo ille pestifer p̄por⁹ habebat: recumbente patre ex more monasterij ad benedicensū fuisse allatū: extēsa manu Benedictus signū crucis edidit et vas q̄ longiq; tenebat: eodē signo rupit. Sicq; contra eū est ac si in illud vas mortis p̄ cruce lapidē dedit. Intellexit prius vir dei: q̄ potū mortis habuerat: q̄ portare non potuit signū vite: atq; illico surgēs et vultu placido: mente tranquilla: conuocatis fratrib⁹ allocut⁹ est eos: dicens: Misereatur vestri fratres omni potēs de⁹: quare in me facere ista voluistis: nunquid nō prius dixi vobis: q̄ vestris ac meis moribus non cōueniret. Ite et iuxta mores vestros patre vobis querite: q̄ post hac me habere minime potestis. Tūc q; ad locū dilecte solitudinis redijt: et solus in sup̄ni pectoris oculis habitauit secum.

Petrus.

Quis patet̄ intelligo quid narrant: habitauit secum.

Gregorius.

Sanct⁹ vir cōtra se vnanimiter cōspirantes: sueq; cōuersatiōi lōge dissimiles: coactos diu sub se tenere voluisset: fortasse sui vigoris vsum et modū tranquillitatis absideret: atq; a cōtēplationis lumine sue mentis oculū declinasset. Quis quotidie illorū correptione fatigatus: min⁹ curaret suas: et se for-

sitā relinqueret et illos nō inueniret. Hā quoties p̄ cogitationis motū minime extra nos ducimur: et nos sumus: et nobiscū nō sumus: q̄ nosmetipsos minime videntes: p̄ alia vagamur. An illū secū fuisse dicim⁹: qui ī longinquā regionē abiit: portationē quā accepit: cōsumpsit: vni in ea ciuium adhaesit: porcos pauit: quos cū manducare videret siliquas et esuriret: tū cum postmodū cepit cogitare bona que perdidit: scriptum de illo est: in se reuerus: dixit Quātū mercenarij in domo p̄ris mei abundāt panib⁹? Si igit̄ secū fuit: vñ ad se redijt? Hūc ergo venerabilē virū secū habitasse dixerim: q̄ in sua semper custodia circūspectus ante oculos conditoris: semp̄ aspiciens se: semp̄ examinās: extra se mentis sue oculū nō diuulgauit.

Petrus.

Quid ergo q̄ de apostolo Petro scriptū est: dū de carcere ab angelō educt⁹ fuisset: q̄ ad se reuerus: dixit: Hūc scio vere q̄ misit dñs angelus suū et eripuit me manu Herodis et de omni expectatione plebis iudeorum.

Gregorius.

Quob⁹ modis petre extra nos diucimur: qui aut p̄ cogitationis lapsum sub nosmetipsos recedimur: aut p̄ cōtēplatiōis gratiā sup̄ nosmetipsos leuamur. Ille itaq; qui porcos pauit: vagationē mētis et imādicie sub semetipsum cecidit. Ille vero quē angel⁹ soluit: eius mentē in extasim rapuit: extra se quidē: sed super semetipsum fuit. Alterq; ergo ad se redijt: q̄n̄ et ille ab errore op̄is se collegit ad cor: et iste a cōtēplatiōis culmine: ad hoc redijt: q̄n̄ ī intellectū cōi ut pri⁹ fuit. Venerabilis igit̄ B̄ndictus ī illa solitudine habitabat secū: in quātū se intra cogitationis claustra custo diuit. Hā quotienscūq; hūc cōtēplationis ardor in altū rapuit: se p̄culdubio sub se reliquit.

Petrus.

Facet q̄ dicit: sed q̄o r̄ideas: si deseret̄ frat̄ debuit q̄ se suscipit.

Gregorius:

Ego petre existimo: ibi aduna-
ti equanimiter portandi sunt mali
vbi inueniunt boni? nā vbi oīmo-
do de bonis fructus deest: sit aliquādo de
malis labor vacuus: maxie si e vicino cau-
se suppetat: que fructum deo valeat ferre
meliorē. Cur itaq; sanctus ppter quē cu-
stodiendū stare: qui oēs vnanimiter se p-
sequētes cerneret. Et sepe agit in corde
perfectorū qđ silentio ptereundū nō est vt
euz laborē suū sine fructu esse cōsiderent:
in locū altum ad laborē cū fructu migrēt.
Unde ille quoq; egregius p̄dicator: qui
dissolui cupit: et cum xp̄o esse: cui viuere
xp̄s est et mori lucrū: qui passionū certami-
na nō solū ipse appetijt: sed ad toleranda
hec et alios accēdit. Damasci persecutio-
nē passus: vt potuisset euadere murū: fu-
nē sportāq; questuit: seq; latenter deponi
voluit. Hūquid nam paulū mortē vicinū
timuisset: quā seipse p amore Ihesu testat
appetere. Sed cū in eodē loco minorē si-
bi fructū adesse cōspiceret: et graui labore
ad laborē se alibi cū fructu seruauit. For-
tis etenī prellator dei teneri intra claustra
noluit: certamē campū questuit. Unde
isdē quoq; venerabilis Benedictus si li-
bēter audis: citius agnosceis: qz viuus ip̄e
indociles deseruit: qui aliquātos in locis
alijs a morte anime suscitauit.

Petrus.

Est est vt voces et manifesta ratio
et prolatus congruū testimoniū de-
clarat. Sed queso de vita tāti pa-
tris ad narratiōis ordinē redeas.

Gregorius.

Eum sanctus vir diu in eadē soli-
tudine virtutibus signisq; succe-
deret: multi ab eo in eodē loco ad
oipotentis dei sunt seruitiū cōgregati: ita
vt illic duodecim monasteria cū oipoten-
tis Ihesu xp̄i dñi opulentiā cōstrueret.
In quib; statutis p̄sibus duodenos mo-
nachos deputauit: paucos vero secū reti-
nuit: quos adhuc in sua p̄ntia ab eo erudi-
ri iudicauit. Lepere etiā tūc ad eū Roma

ne vrbis nobiles et religiosi cōcurrere: su-
osq; ei filios oipotentī deo nutricos da-
re. Tūc quoq; bone spel suas soboles En-
tici? Maurū: Terullius vero patricius
Placidū tradidit. E quibus Maurus iu-
nior cū bonis polleret moribus magister:
adiutor cepit existere. Placidus vero pu-
erilis adhuc indolis gerebat annos.

De monacho vagemētis ad sa-
lutē reducto:

Cap. V.

In vno autē ex eis monasterijs
que circūquaq; pstruxerat: qui
dā monachus erat: qui ad ora-
tionē stare nō poterat: sed mor-
vt se fratres ad studiū oratiōis inclinabāt:
ip̄e egrediebatur foras et mente vaga ter-
rena aliqua et transitoria gerebat. Tūc
ab abbate suo sepius fuisset admonit⁹: ad
virū dei ductus est: qui ip̄e quoq; stultiti-
am eius vehemēter increpauit: et ad mo-
nasteriū reuersus: vix duobus diebus vi-
ri dei admonitiōnē tenuit. Hā die tertia
ad vsum propriū reuerti vagari tpe ora-
tiōis cepit. Ad cū seruo dei ab eodē mo-
nasterij patre quē cōstituerat: nūciatū fu-
isset dixit: Ego venio: eūq; per me emen-
do. Cūq; vir dei venisset ad monasteriū et
cōstitutura hora: repleta psalmodia sese fra-
tres in orationē dedissent: aspexit qz eun-
dē monachū qui manere in oratiōe nō po-
tuit: quidā niger puerulus per vestimēti
fimbriā foras trahēbat. Tūc eidē patri
monasterio pompeiano noīe et Mauro
dei famulo secreta dixit: Hūquid nō aspi-
citis: quis est qui istū monachū foras tra-
hit? Qui respondentes vixerūt: Hō. Qui
bus ait: Dicimus vt vos etiam videatis:
quē iste monach⁹ sequit. Cūq; per biduū
esset oratū Maurus monach⁹ vidit: p̄-
peianus vero eiusdē monasterij pater vi-
dere nō potuit. Die igit alia expleta orōe
vir dei oratoriū egressus stantē foris mō-
chū reppit: quē p cecitate cordis sui vir-
ga percussit. Qui ex illo die nil p̄uasio-
nis vltterius a nigro iā puerulo prulit: sed
ad orationis studiū immobilis permāsit.

Sicq; antiquo hostis dominari nō ausus est in eius cogitatione: ac si ipse percussus fuisset ex verbere.

De aqua quā in montis vertice ex petra pduxit: Cap. VI.

A his autē monasterijs que in eodē loco cōstruxerat: tria sursum in rupibus mōtis erant: et erat fratribus laboriosum q; semper ad lacū oportebat descēdere: ut aquā haurire debuissent: maxime q; e diuexo mōtis latere erat graue descēdentibus in timore periculū. Tunc collecti fratres ex eisde; tribus monasterijs ad dei famulū Benedictū venerūt dicētes: Laboriosus nobis est ppter aquā quotidie vsq; ad lacū descēdere: et ideo necesse est ex eodē loco monasteria mutari. Quos blāde cōsolatus dimisit: et nocte eadē cū paruo puerulo nomine Placido: cui superius memoratā feci: eiuisdē montis ascendit rupē: ubiq; diutius orauit. Et oratione cōpleta tres petras in loco eodē pro signo posuit: atq; ad suū cunctis illis necessitatibus monasteriū rediit. Cuius die alia ad eū pro necessitate aque p̄dicti fratres rediissent: dixit: Ite et rupē illā in qua tres super iuicē positas petras inueneritis: modicū cauate. Valet enī omnipotens deus etiā in illo mōtis cacumine aquā producere: ut vber labore tantū itineris dignet auferre. Qui eūtes rupem mōtis quam Benedictus p̄dixerat: iam sudantē inuenerūt. Cuius in ea concauū locū fecissent: statim aqua repletus est: que tā sufficēter emanauit: ut nunculos vbertim desuare atq; ab illo montis cacumine vsq; ad inferiora perueniret.

De ferro ex profundo aque in manubrio retruso:

Capitulū. VII.

Ito quoq; tempe Sothbus quidam pauper spiritu ad cōuersionem venit: quē vir domini Benedictus libēissime suscepit.

Quadā vero die ei dare ferramentū iussit: quod ad falcis similitudinē falcistrum vocat: ut de loco quodā vepes abscinderet: quatenus illic fieri hortus deberet. Locus autē ipse quē mundandū Sothbus suscepit: super ipsam lacus ripā iacebat. Cuius Sothbus isdem densitate vepium totius virtutis annis succideret: ferrū de manubrio profliens in lacū cecidit: ubi tāta erat aquarū profunditas: ut spes requirēdi ferramēti nulla iam esset. Itaque ferro perditō tremebūdus ad Maurū monachū cucurrit. Sothbus damnum quod fecerat nūciavit: et reatus sui egit penitentiam. Quis Maurus quoq; monachus mox Benedicto famulo dei curauit indicare. Vir igitur dñi benedictus hec audiens: accessit ad locū: tulit de manu Sothi manubriū et misit in lacū: et mox ferrū de profundo rediit: atq; in manubriū intrauit. Qui statim ferramentū Sotho reddidit. dicēs: Ecce labora et noli contristari.

De Abauro eius discipulo qui super aquas inscius cucurrit: Cap. VIII.

Quadā vero die dñi isdem venerabilis Benedictus in cella cōsisteret: p̄dictus Placidus puer sancti viri monachus ad hauriendā delacu aquam egressus est. Qui vas quod tenuerat: in equā incaute submittens: ipse quoq; cadendo secutus est. Quē mox vnda rapuit: et pene vntus sagitte cursum euz a terra introitus traxit. Vir autē dei intra cellā positus: hoc protinus agnouit: et Maurū festine vocauit: dicens: Frater Maurē curre: quia puer ille qui ad hauriendā aquā perreperat: in lacū cecidit. Jamq; cū longius vnda trahit: res mira: et post Petri apostolū inuitata: benedictione etenim postulata atq; percepta: ad patris sui imperiū concitus perrexit Maurus: vsq; atq; ad eū locū: quo ab vnda ducebatur puer: per terram se ire existimans: super aquam cucurrit: eumq; per capillos tenens: cursu rapido

radist. Qui mox vt terrā tetigit: ad se reuerfus post tergū respexit. Et qz sup aqs cucurrisset: agnouit: qd presumere non potuit vt faret: miratus extremū factum Reuerfus itaqz ad patrē rem gesta retulit. Vir autē venerabilis Benedictus hoc nō suis meritis: sed illius obediētie deputare cepit. At cōtra mauras p solo et imperio factū dicebat: seqz consiliū in illa virtute nō esse q̄ nesci fecisset. In hac itaqz mutua humilitatis et amica contentione accessit arbiter puer: qui creptus est: qui et dicebat. Ego cū ex aqua traheret: super caput meū melotē abbatis videbā atqz ipsū me ex aquis educere considerabam.

De infecto per venenū pane per coruum longius proiecto.

Capitulum. IX.

Petrus.

Pagna sunt valde que dicit et multorū edificationi p futura. Ego autez boni viri miracula: quo plus bibo: eo plus sitio.

Gregorius.

Quam tam loca eadē in amorē dei domini nostri Iesu christi lōge lateqz feruēserēt: et secularē vitam multū relinquerent: et sub tenuē redēptoris iugo ceruicē cordis edomārēt. Sicut mos prauorū est: inuidere alijs virtutibus bonorū: quas ipsi habere nō appetunt: vici ne ecclesie presbyter Florentinus noīe huius nostri subdiaconi Florentij auus: anti quis hostis: malicia percussus: facta sancti viri cepit emulari: eiusqz cōuersationi derogare: quosqz etiā posset: ab illius visitatione cōpescere. Cūqz iam se cōspiceret eius pfectibus obulare nō posse: et cōuersationis illius opinionē crescere: atqz multos ad statum vite melioris: ipso quoqz opinionis eius preconio indefinēter vocari: iudicē facibz magis magisqz succēsus: deterior fiebat: quia cōuersationis illius appetebat habere laudē: sed habere laudabilē vitam nolebat. Qui eiusdem inuidie tenebris cecatus: ad hoc vsqz pductus

est: vt seruo omnipotētis dei insectum veneno panē quasi pro benedictiōe trāsmitteret. Quē vir dei cū gratiarū actione suscepit: sed euz que pestis lateret in pane: nō latuit. Ad horā vero refectionis illi: ex vicina silua coruus venire p̄sueuerat et panem de manu eius accipe. Qui cū more solito venisset: panē quē presbyter trās miserat: vir dei ante coruū p̄iecit etqz p̄de cepit: dicens: In nomine Iesu christi dñi nostri tolle hūc panē et tall eū in loco proiice: vbi a nullo hominū possit inueniri. Tunc coruus aperto ore: expansis alis: circa eum panē cepit discurrere et crocitate: ac si aperte diceret: et obedire se velles: et tamen iussa implere non posse. Cui vir domini precipiebat iterū atqz iterum: dicens: Leua: leua securus: atqz ibi proiice: vbi inueniri nō possit. Quē diu coruus demoratus: quā doqz coruus momordit: leuauit et recessit. Post tridui vero horarū spacio: abiecto pane rediit: et de manu hominis dei annonā: quā cōsueuerat accepit. Venerabilis autē pater cōtra vitam suā inardescere sacerdotis animū videns: illi magis q̄ sibi voluit. Sed predictus florentinus: quia magistri corpz necare nō potuit: se ad extinguēdas discipulorū animas accēdit: ita vt in orto celle cui Benedictus inerat: ante eorū oculos nudas septē puellas miserat: que coram eis sibi inuicē manus tenētes et diuini iudicis inflāment. Quō vir sanctus de cella conspiciens: lapsusqz adhuc tenerioribus discipulis p̄tinescens. Idqz pro sua solius fieri persecutiōe pertractans: inuidie locū dedit: atqz oratoria et cuncta que cōstruxerat: substitutis prepositis: ad iunctis fratribus ordinauit et paucis secū monachis ablatis: habitatiōe mutauit locū. Sicqz vir dei eius odia humiliter declinauit: quē omnipotēs deus terribiliter percussit. Quā cum predictus presbyter stans in solario Benedicti discessisse cognosceret et exultaret: p̄durante immobiliter tota domus fabrica: hoc ipsum tñ in quo stabat: solarium cecidit: et Benedicti hostes

conterēs extinxit: qđ viri dei discipulus Maurus venerabili patri Benedicto: qđ adhuc a loco eodē vix decē miliarib⁹ ab erat: estimavit esse nūciandū dicens: Revertere: quia presbyter qui te persequēbā: extrinctus est. Ad viri dei Benedict⁹ audiens sese in gravibus lamentatiōib⁹ dedit. Vel quia inimicus occubuit. Vel quia de inimici morte discipulus exultavit. Quia de re factū est: vt eidē quoq; discipulo penitentiā idiceret: qđ taliter gaudere de inimici interitu psumpsisset.

Petrus.

Ira sunt ⁊ multū stupēda: que viciis. Nam in aqua ex petra pduca Moyses: in ferro vero quod ex pfundo aque redijt: Helyzei: in aque itinere Petri: in corui obediētia Helyā in luctu aut mortū inimici David video: vt perpendo: vir iste spiritu iustorū omnium plenus fuit:

Gregorius.

Fr dei Benedictus Petre vnus spiritū habuit: qui per cōcesse redemptiōis gratiā electorū corda omnium impleuit: de quo Jobānes dicit: Erat lux vera: que illuminat omnē hominē venientē in mūdū. De qua rursus scriptū est: de plenitudine eius nos omēs accepinus. Nam sancti dei homines potuerūt a dño virtutes habere: nō etiam alijs tradere. Ille autē signa virtutis dedit subditis: qui se vaturū signū Bone pmisit: in imicis vt corā superbis mori dignaret: coram humilib⁹ resurgere: quaten⁹ ⁊ illi viderēt quod cōtempneret: ⁊ isti quod venerātes amare debuissent. Ex quo mirabilis actū est: vt dū superbi aspiciūt despectum mortis: humiles cōtra mortē acciperent gloriā potestatis.

Petrus.

Uelō ter: post hec ad que loca vir sanctus migraverit. Vel si aliq̄s in eis virtutes postmodū ostenderit: innotesce.

Gregorius.

Sanctus vir ad alia migrās: locū non hostem mutavit. Nam tanto post graviora plia pertulit: quantum cōtra se aperte pugnantē ipm malicie magistrū inuenit. Castrū namq; quod Cassinū dicit: in excelsi montis latere situm est: qui videlicet mons delictō suus hoc idem castrū recipit. Sed per tria miliaria in altū se subigēs: velut ad aera cacumen tendit: vbi vetustissimū sanū fuit: in quo ex antiquorū more gentiliū: a stulto rusticorū populo apollo colebā. Cū cūquaq; etiā in cultu demonū luci succreuerāt: in quibus adhuc eodē tempore insideliū insana multitudo sacrificijs sacrilegis insudabat. Illuc itaq; vir dei veniēs contriuit ydolū: subuertit arā: succidit lucos: atq; in ipō templo apollinis: oraculū sancti Jobānis cōstruxit: ⁊ cōmorantē circūquaq; multitudinē predicatiōe p̄tinua ad fidē vocabat. Sed hec antiqu⁹ hostis tacite nō ferens: nō occulte vel per somnium: sed aperta visione eiusdem patris se oculis ingerebat: ⁊ magnis clamoribus vim se perpeti conquerēbā: ita vt voces illius etiā fratres audirēt. quāuis imaginē minime cernerēt. Et enī discipulis suis venerabilis pater dicebat: corpalibus eius oculis idē antiquus hostis deterritus et succensus apparebat: qđ in eū ore oculisq; in flammatis seuire videbāt: iam vero que diceret: audiebant omēs: prius enim hūc vocabat ex noīe. Cui cū vir dei minime responderet: ad eius mox cōtumelias erūpebat. Nam cū clamaret dicens: Benedicte benedicte: ⁊ eū sibi nullomodo respondere conspiceret: p̄tinus adiungebat: maledicte nō benedicte: qđmecum habes quid me persequeris? Sed iā nūc expectanda sunt cōtra dei famulū antiqui hostis noua certamina: cui pugnas quidem volens intulit: sed occasionē victorie ministravit inuitus.

De ingenti saxo: per eius orationem leuiato:

Capitulū. X.

Quadam die dñi fratres habitacula eiusdē cēlle construerent: lapis in medio iacebat: quē in edificium leuare decreuerūt. Cū q̄s eū duo vel tres mouere nō possent: plures adiūcti sunt: sed ita immobilis māsit: ac si radicit⁹ in terra teneret: vt palā daref intelligi: q̄ sup eū ipse p se antiquus hostis sederet: quē tantoꝝ viroꝝ man⁹ mouere nō possent. Difficultate igit facta ad virū dei missū ē. vt veniret ⁊ orādo hostē repellaret vt lapidē leuare possent. Qui mox venit ⁊ orationē faciens: benedictionē dedit ⁊ tanta lapis celeritate leuatus ē: ac si nullū pri⁹ pōdus habuisset.

De phantastico coquine incendio
Cap. XI.

Quic in conspectu viri dei placuit: vt in eodē loco terra fodere retur. Quā dñi fodēdo alii⁹ penetrarēt: euenit illi⁹ ydoli fratres inuenērūt. Quo ad hora casu in coquina proiecto: exire ignis repēte visus est. atq; in cunctoꝝ monachozū oculis: qz oē eiusdem coquine edificium consummeret: ostendit. Cūq; ad faciendā aquā: ad ignē quasi extinguendū perfrēperēt: pulsatus eodem tumultu vir dei aduenit. Qui eundē ignē in oculis fratrum esse: in suis vero nō esse considerās: caput prius ad orationē flexit ⁊ eos quos phantastico reperit igne deludi: vocauit fratres ad oculos suos vt ⁊ sanū illud coquine edificium assistere cernerēt ⁊ flāmas quas antiqu⁹ hostis fraxerat nō viderēt.

De puerulo monacho ruina parietis fracto et sanato.
Cap. XII.

Ratus dñi fratres parietē quares ita exlegebat: paulo alii⁹ erigerent: vir dei in orationis studio intra celle sue claustra morabat. Qui antiqu⁹ hostis insultās apparuit ⁊ ei qd ad laborātes fratres pgeret: iudicauit qd vir dei p nunciū celeritē fra-

trib⁹ indicauit: dicens. Fratres caute vos agite. Q: ad vos hac hora malign⁹ spūs venit: is q̄ mādātū detulit: vix verba cōpleuerat ⁊ malign⁹ spūs eundē parietē: q̄ edificabat: euerit. atq; vnū puerulum monachū cuiusdā curialis filiū opprimēs ruina cōtriuit. Cōtristari oēs ac vehemēter afflicti: nō dānū pietis: s; cōtritiōe fratris: venerabilī p̄ri Bñdicto celeriter cū graui luctu nunciarūt. Tūc isdē p̄r villa: ceratū puerū ad se deferri iubet: quē portare nō: nisi in sago potuerūt: qz collapsi saxa parietis nō solū ei⁹ mēbra: sed etiā ossa cōtriuērāt. Precepitq; vir dei statū eū in cella sua in psalmo: q̄ orare cōsueuerat: p̄ isci. missisq; foras fratrib⁹ cellaz claustrū oratiōi instātus q̄ solebat: incubuit. Mira res eadē hora hūc incolumē atq; vt prius valentē ad eundē iterū laborē milit vt ipse quozq; parietē cū fratrib⁹ p̄iceret: de cui⁹ se iterum antiqu⁹ hostis Bñdicto insultare credidisset.

De monachis qui extra cellā contra regulā cibū sumpserūt.
Cap. XIII.

Cepit vero iter ista vir dei prope etia spū polere: ventura p̄dicere: p̄sentib⁹ etiā absentia nunciare. Nos etiā celle fuit vt quoties ad respōsum aliqd egredereñt fratres: cibū potiq; extra cellā minime sumerent. Cūq; hoc de vsu regule solite seruares: quadā die ad rñsum fratres egressi sūt ⁊ i eo tardiori ppulsi sūt hora demorari: qui manere iuxta religiosā feminā nouerant: cui⁹ ingressi hitaculū sūperūt cibū. Cūq; tā tardio ad cellā rediisset: bñdictionē patris ex more petierūt. Quos ille prius p̄cūctat⁹ ē: dicens. Ubi cōedistis? Qui rñderūt nusq;. Quib⁹ ille ait: qre ita menti mini. Nunqd illi⁹ talis feie hitaculū nō i traxistis: nunqd hos atq; illos cibos nō accepistis? Nunqd tot calices nō bibistis? Cūq; eis venerabilis pater: ⁊ hospitium mulieris: ⁊ genera cibozū: ⁊ numerū portionū diceret: recognoscētes cūcta q̄ eges-

rant: ad eius pedes tremefacti ceciderunt se deliquisse confessi sunt. Ipse autē prin⁹ culpe penitentia precepit: ppendēs q̄ in eius absentia vltra nō facerēt: q̄ presentē temp̄ sibi esse in spū scirent.

De fratre Galētiniani monachi quē vir dei in via cōdēdī p̄ spiritū cognouit. **Ca. XIII.**

Hater quoq; Galētiniani: ei⁹ monachi cui⁹ super⁹ memoriā feci: vir erat laycus sed religiosus. Qui vt serui dei orationē p̄ciperet: germanū fratres videret: annis singulis de loco suo ad cellā ieiun⁹ venire cōsueuerat. Quadā igit die dum iter ad monasteriū faceret se se illi alter viator adiunxit: qui sumēdos cibos in itinere portabat. Cūq; iam hora tardior excreuisset dixit. veni frater sumam⁹ cibum ne lassetur in via. Cui ille rēdit. Absit frater: hoc nō faciā: qz ad venerabilē patre⁹ Benedictū ieiun⁹ semp venire cōsueui. Quo respōso percepto ad horā cōiutor tacuit. Sed cū post hoc aliquātulū itinēris spaciū egissent: rursus admonuit vt manducaret. noluit cōsentire: qui ieiun⁹ venire decreuerat. Tacuit quidē qui ad manducandū inuitauerat et cū eo ieiunus adhuc p̄gere modicū cōsensit. Cūq; iter lōgius agerēt et eos tardior hora fatigaret: ambulātes inuenerūt in itinere pratū et fontē et queq; poterāt ad reficiendū corpus delectabilia videri. Tūc cōiutor ait. Ecce aqua. Ecce pratū. Ecce amenus locus in quo possum⁹ refici: et parū quiete⁹ re vt valeam⁹ iter nostrū postmodū incolumes explere. Cū igit et verba aurib⁹: et loca oculis blādīrent. Tertia admonitio ne p̄suasus cōsensit et comedit. Aespertina vero hora puenit ad cellas: presentat⁹ autem venerabili Benedicto: sibi orationem petiit. Sed mox ei vir sanctus hoc: qd̄ in via egerat: impropertauit: dicens. Quid est frater q̄ malign⁹ hostis: q̄ tibi p̄ cōiutorē tuū locutus est: semel tibi p̄

sua⁹dere nō potuit. sc̄o nō potuit. tertio vero persuasit: et te ad hoc qd̄ voluit: superauerat. Tūc ille reatū infirme sue mētis agnosces: eius pedibus prouolutus: tan tomagis cepit culpā deslere et erubescere: quanto se cognouit: etiā absentē in Bene dicti patris oculis deliquisse.

Petrus.

Ho sancti viri precordis⁹ Helizei spiritum video inesse qui absentē di. cipulo p̄sens extitit.

De simulatione regis Totile deprehensa. **Cap. XV.**

Gregorius.

Portet Petre vt interim silēas: quatenus adhuc maiora cognoscas. Gothorū nāq; temporibus cum rex eorum Totila sanctū virum propheticū habere spiritum audisset ad eius monasteriū pergens paulo longius substitit: ei⁹ se venturum esse nunciavit. Cui dū protinus mandatū de monasterio fuisset vt veniret. Ipse sicut perfide mētis fuit an vir dei p̄phetie spiritum haberet: explorare conat⁹ est. Quisdam vero eius spatarius Riggo dicebat cui calciamēta eius p̄buit: eumq; indut vestib⁹ regalibus fecit: q̄ quasi in persona sua p̄gere ad dei hominē precepit. In cuius obsequio tres qui sibi p̄ ceteris adherere cōsueuerāt comites misit. scz vul. ruderig. et blindinch vt ante serui dei oculos ipsum regem Totilā esse simulantē: eius lateri obambularēt: cui aliqua quoq; obsequia quasi spatarij p̄berent: vt tā ex eis dē obsequijs q̄ ex purpureis vestibus rex esse putaret. Cumq; idem Riggo decoratis vestib⁹ obsequentium frequentia comitaret: monasteriū fuisset ingressus: vir dei emitt⁹ sedebat. Quē venientem conspiciens: cum laz ab eo audivi potuisset: clamauit: dicens. Pone fili pone hoc quod portas: non est tuum: qui Riggo protinus in terrā cecidit et qz isto viro illudē p̄lūpsisset: expavit: oēs

q̄s qui cū eo ad dei hominē veniebant: ter
re consternati sunt. Surgētes autē ad eū
propinquare minime presumpserūt: s̄z ad
suū regē reuersi nunciauerunt trepidi: in
quanta velocitate fuerant deprehensi.

**De prophetia regi Totile et
Lamifine antistiti facta.**

Cap. XVI.

Quādo per se isdē Totila ad dei
hominē accessit: quē euz longe
sedentē cerneret: nō ausus acce
dere: sese in terram dedit. Cui
cū vir dei dīs terue diceret: surge: sed de
terra erigere se nō auderet: B̄ndict⁹ x̄pi
iesu famulus p̄ semetipsum dignatus est:
accedere ad regem: p̄stratiq̄ de terra le
uauit: et de suis acibus increpauit: atq̄ l
paucis sermonib⁹ multa: que illi erāt vē
tura: prenunciavit: dicens. Multa mala
facis: multa mala fecisti. Nā aliquādo ab
iniquitate cōpescē. Equidē Romā igres
surus es: mare trāsiturus: nouē annis re
gnans: decimo morieris. Quib⁹ auditis
rex vehemēter territus: oratiōe petita re
cessit: atq̄ ex illo iam tēpore minus crude
lis fuit: et nō multo post Romā adiit: ad
siciliā prexit: anno autē regni sui decimo
omnipotentis dei iudicio regnū cum vi
ta perdidit. Preterea canasine antistes
ecclesie ad eundē dei famulū venire con
sueuerat: quez vir dei pro vite sue merito
valde diligebat. Is itaq̄ dū cū illo de in
gressu regis Totile et Romane vr̄bis pa
ditōe colloquiū haberet: dixit. Per hūc
regē ciuitas ista destruet: et amplius nō
inhabitef. Cui vir dñi respondit. Roma
a gētibus nō exterminabit: sed tempesta
tibus ebouiscis: turbiniibus: ac terremo
ru fatigata inardescet in semetipsa. Cuius
pp̄betie mysteria nobis iam facta sunt lu
ce clarioza: quia in hac vr̄be dissoluta me
nia: euersas domus: destructas ecclesias
turbine cernimus. eiusq̄ edificia longo se
nio lassata: quia ruinis crebre scētibus p̄
sternātur videmus: quātū hoc honora
tus eius discipul⁹? cui⁹ mibi relatiōe com

perū est: nequaq̄ tñ ex ore illius audisse
se phibet: sed quia hoc dixerit: pictū sibi
a fratribus: fuisse testatur.

**De clerico a demonio libera
to: ad tempus. Cap. XVII.**

Quodam tēpore quidam
Bquinēsis ecclesie clericus de
monio verabat: qui a venerabi
li viro Constatio eiusdē eccle
sie antistite ad multa fuerat martyri loca
trāsmissus: vt sanari debuisset. Sed san
cti dei martyres noluerūt ei sanitatis vo
num tribuere: vt quanta esset in b̄ndicto
gratia demonstrarent. Ductus itaq̄ est ad
oipotentis dei famulū B̄ndictū: qui iesu
christo dño p̄ces fundēs: antiqū hostez
de oblesso hoīe prius expulit. Cui sana
to precepit: dicens. vade et post hec carnez
nō cōcedas: ad sacri ordinē nunq̄ accedes
re p̄sumas. Quacūq̄ autē die sacri ordi
nē temerarie p̄sumpseris: statim iuri dya
boli iterū mācipaberis. Discessit igit̄ cle
ricus san⁹: sicut terrere solet aīn pena fe
cens: ea que vir dei p̄ceperat: interim cus
stodiuit. Cū vero post annos multos oēs
p̄iores illi⁹ de hac luce migrassent: et m̄s
nozes suos sibi in supponi in sacris ordi
nib⁹ cerneret: verba viri dei quasi ex long
go tpe oblitus postposuit: atq̄ ad sacrum
ordinē accessit. Quē mox is qui reliques
rat dyabol⁹: tenuit: eūq̄ vexare quousq̄
animā eius exenteret: nō cessauit.

Petrus.

Quē vir dei diuinitatis vt video
etiā secreta penetravit: qui p̄spe
xit hūc clericū tecirco dyabolo tra
ditū: ne ad sacri ordinē auderet accedere.

Gregorius.

Quare diuinitatis secreta non nos
set: qui diuinitatis p̄cepta seruau
ret: cū scriptū sit: qui adheret dño
cū dño vnus spūs est.

Petrus.

Quā vn⁹ sit cum dño spūs: qui dño
adheret: quid ē q̄ iterū idē egres

gius p̄dicator dicit: quis cognouit sensus dñi: aut quis cōsiliari⁹ eius fuit. Valde eī esse in cōueniēte: videt: eius sensum: cui⁹ q̄ vnū factus fuerit: Ignorare.

Gregorius.

Sancti viri in quātū cū deo vnū sunt: sensū dñi nō ignorāt. Hāc s̄ dē anōq; apostol⁹ dicit. Quis eī scit hominū: q̄ sunt hoīs: nisi spūs homīs qui ē in ipso. Ita ⁊ q̄ dei sunt. nemo cogit nouit: nisi spūs dei. Qui vt se ostenderet nosse: q̄ dei sunt: adiūxit: Nos autē nō sp̄ritū hui⁹ mūdi accepim⁹: sed sp̄ritū q̄ ex deo est. Hinc iterū dicit. Quis ocul⁹ nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascedit: que preparauit deus diligētibus se: nobis autē reuelauit p̄ sp̄ritū suum.

Petrus.

Ergo et de⁹ Ap̄lō ea q̄ dei sunt: p̄ dei sp̄ritū sunt reuelata: quō super hoc: qd̄ p̄posui: p̄misit: dicit. **A**ltitudo diuitiarum sapientiē. ⁊ sciētie dei: q̄ in cōprehēsbilia sunt opa eius ⁊ inuestigabiles vie ei⁹. Sz rursum mihi hec dicēti alia suborīt q̄stio. Hāc Dauid propheta dño loquit: dicit. In labijs meis p̄nunciaui oīa iudicia oris tui. Et cū minus sit nosse: q̄ letiā p̄nunciare: quid est qd̄ paul⁹ in cōprehēsbilia esse dei iudicia asserit. Dauid autē hec se oīa nō solū nosse: s; etiā in labijs p̄nunciāsse testatur.

Gregorius.

Atraq; hec tibi supius sub breuitate respōdi dicit q̄ sancti viri in quātū cū dño sunt. sensum dñi nō ignorāt. Dēs enī qui deuote dñm sequunt. etiā deuotiōe cū deo sūt: ⁊ adhuc carnis corruptibilis grauari p̄dere: cum deo nō sunt. occultaq; dei iudicia in q̄tuz cōiuncti sunt: sc̄lūt: in quātū dislūcti sunt: nesciūt. Quē enī secreta eius adhuc p̄fecte nō penetrāt: in cōprehēsbilia ei⁹ iudicia esse testant. Qui vero mēte ei adherent atq; inherēdo: vel sacris scripturē eloq;: vel occultis reuelationib⁹ in quātū accipiunt: agnoscūt: ⁊ nouerūt hec: ⁊ pronun-

ciant. Iudicia igit̄ qui de⁹ facit: nesciūt: que de⁹ loquit: sciūt. Hāc ⁊ dauid p̄pheta cū dixisset. In labijs meis p̄nunciaui oīa iudicia: prius addidit oris tui: ac si a p̄te d̄scat. Ego iudicia ⁊ nosse: ⁊ p̄nunciasse potui: que te dixisse cognoui. Hanc etiā q̄ ipse nō loqueris: a nostra p̄culdubio cognitiōe abscedit. Cōcordat ergo propheta apostolica sc̄ntia: qz ⁊ in cōprehēsbilia sunt dei iudicia: ⁊ tamē que de ore eius plata fuerint: humanis labijs p̄nunciānt. quoniā scire ab oībus: ⁊ plata p̄dī possunt: ⁊ occultari non possunt.

De prophetia destructionis monasterij sui: Cap. XVIII.

Petrus.

Theobalio obiectione mee questiuante patuit causa ratiōis: sed q̄sote si qua sunt adhuc de viri hui⁹ us virtute subiunge.

Gregorius.

Quidā nobilis Theoprob⁹ nomine eiusdē Benedicti patri sue erat admonitione cōuersus: q̄ pro vltē merito magnā apud eū familiaritatis fiduciā habebat. Hic cū quadā die ei⁹ cellā fuisset ingressus: hūc amarissime s̄lentē repperit. Cūq; diu subsisteret: eiusq; nō finiri lacrimas: videret: nec tamen vt vir dei cōsueuerat: orādo plāgeret: sed merēdo: que nā causa tanti luci⁹ existeret: inq; siuit. Cui vir dei illico r̄ndit. Omne hoc monasteriū qd̄ cōstruxi ⁊ cūcta q̄ fratrib⁹ preparauit oīpotentis dei iudicio gētib⁹ tradita sunt. Atq; autē obtinere potui: vt mihi ex hoc loco aīe cōcederent. Cui⁹ vocē tūc Theoprob⁹ audiuit: nos autē cernimus: qui destructū modo a longobardoz gente eius monasteriū scimus. Nocturno enī tpe ⁊ quiescētibus fratrib⁹ sup̄ illic longobardi ingressi sunt. Qui diripiētes oīa ne vnū quidē hominē illic tenere potuerūt: sed impleuit omnipotēs de⁹ q̄ s̄ deli famulo B̄ndicto: p̄miserat: vt si regētibus traderet: aīas custodiret: q̄ in re pauli vicē video tenuisse. B̄ndictū cuius

dū nauis rerū omnīū facturā pertulit: ipse in consolatiōe vitā omnīū: qui cū eo comitabant: accepit.

De absconditiōe flasconis a beato Benedicto cognita:

Capitulū. XIX.

Quodā quoq; tempe exhilarat⁹ nos⁹: quē ipse conuersū nosti: trāmissus a dño suo fuerat: vt dei viro in mōasteriū vino pleua dno lignea vascula: que vulgo flascones vocant⁹ deferret. Qui vnū detulit: alterū vero per gēs in itinere abscondit. **U**t autē dñi quē facta absentia latere nō poterant vnū cū gratiarū actiōe suscepit: ⁊ discedentē puerū monuit: dicens. Vide fili ne de illo flascone quē abscondisti: iam bibas: sed inclina illū caute ⁊ inuenis: quid intus habet. Qui cōsulus valde a dei homine exiuit. Et reuersus: volēs adhuc p̄bare que audierat: cū flasconē inclinasset: de eo p̄tinus serpens egressus est. Tunc predictus exhilarat⁹ puer per hoc qd̄ in vino reperit: expauit malū qd̄ fecit.

De mappulaz receptiōe a seruo dei cognita: Cap. XX.

Non longe autē a monasterio vicus erat: in quo nō minūa multitudo hominū ad fidei dei ab idoloz cultu Benedicti fuerat exhortatiōe cōuersa. Ibiq; quoq; quedaz sanctimoniales femine inerāt: ⁊ crebro illic p̄ exhortandis aniabus fratres suos mittere Benedict⁹ dei famulus curabat. Quadā vero die misit ex more: sed his q̄ missus fuerat monachus post admonitiōnē factā: a sanctimonialib⁹ feminis rogatus: mappulas accepit: sibiq; eas abscondit in sinu. Quē mox vt reuersus est: vir dei vehemētissima amaritudine cepit increpare dicens: Quō ingressa est iniquitas in sinu tuo? At ille obstupuit: ⁊ quid egisset oblitus: vnde corripiebatur: nesciebat. Cui ait: Aliquid ego illic p̄ns non eram: qñ ab ancillis dei mappulas accepisti: ti

biq; eas in sinu misisti? Qui mox eius vestigijs puoluitus stulte se egisse penituit: ⁊ eas quas in sinu absconderat: mappulas abiecit.

De cogitatione monachi super verba a dei viro cognita:

Capitulū. XXI.

Quodā quoq; die dū venerabilis pater: vespertina iam hora corpis alimēta perciperet: eius monachus cuiusdā defensoris filius fuerat: qui ei ante mēsam lucernam tenebat. Cūq; vir dei ederet: ipse autē cū lucerna misterio astaret: cepit per superbie spiritū in mente sua tacitus voluere ⁊ per cogitationē dicere. Quis est hic cui ego manducati assisto: lucernā teneo: seruitiū impendo? Quis sum ego: vt isti seruias? Ad quē vir dei statim conuersus: vehemēter eum cepit increpare dicens: Signa cor tuū frater: quid est qd̄ loqueris? signa cor tuū. Vocatisq; statim fratrib⁹ precepit ei lucernā de manibus tolli. Ip̄m vero iussit a misterio recedere: ⁊ sibi hora eadem quietū sedere. Qui requisitus a fratrib⁹ qd̄ habuerit in corde: per ordinem narrauit: q̄to superbie spū intumuerat: ⁊ que p̄tra virū dei verba per cogitationē tacitus dicebat. Tūc liquide oibus patuit: q̄ venerabile Benedictū latere nil possz: in cui⁹ aure etia cogitatiōis verba sonuissent.

De ducētis farine modijs famis tempe ante cellam viri dei inuentis: Cap. XXII.

Ito igit tempe in eadē campanie regione famis incubuerat: magnaq; oēs alimentoz indigentia coangustabat: itaq; in benedicti monasterio triticū deerat: panes vero pene oēs p̄sumpti fuerāt: vt nō plus q̄ quicq; ad refectiōis horā fratrib⁹ inueniri potuissent. Cūq; eos venerabilis pater p̄ristatos cerneret: eoz pusillanimitatē studuit modesta increpatiōe corrigere: ⁊ rursū p̄missione subleuare dicens: Qua

te de panis inopia vester animus tristat? Hodie quidem minus est: sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die duceti farine modij ante fores celle in sacis inuēti sunt. Quos opus deus quibus deferentibus transmississet: nunciusque manet incognitus. Quia cum fratres cernerent: domi no gratias referentes didicerunt iam de abundantia ne in egestate dubitarēt.

Petrus.

Dico quæ lo te: nūquid nam credendum est huic dei famulo semper prophetie spiritum adesse potuisse: an per interualla temporum eius mentem prophetie spiritus implebat.

Gregorius.

Prophetie spiritus petre prophetarum mentes non semper irradiat: quia sicut de sancto spiritu scriptum est. Ubi vult spirare. Ita sciendum est: quia quæ vult aspirare. Hic est quod Nathan a rege requisitus: si construere templum potuisset: prius consensit: et postmodum prohibuit. Hinc est quod Helysus cum scilicet mulierem cerneret: causamque nescisset: ad prohibentem hanc puerum dicit: Dimitte eam: quia anima eius in amaritudine est: et dominus celauit a me: et non indicauit mihi. Quod omnipotens deus ex magne pietatis dispensatione disponit: quia dum prophetie spiritum aliqui datur et aliqui subtrahit: prophetantium mentes: et eleuat in celsitudine: et custodit in humilitate: ut et accipientes spiritum inueniant: quod de deo sint: et rursus prophetie spiritum non habentes cognoscant: quod sint de semetipsis.

De fabrica monasterij Terracinensis per visionem disposita:

Capitulū .XXIII.

Petrus.

Ita hoc esse ut asseris magna ratio clamat. Sed queso de venerabili patre Benedicto: quicquid ad huc animo occurrit: exequere.

Gregorius.

No quoque tempore a quodam in

fideli viro fuerat rogatus: ut in eius predio iuxta Terracinensem urbem missis discipulis suis construere monasterium debuisset. Qui roganti consentiens deputatis fratribus patrem constituit: et quis ei secundus esset et ordinauit. Quibus eum spopondit dicens: Ite et die illo ego venio: et ostendo vobis: in quo loco oratorij: in quo refectorij fratrum: in quo susceptionis hospitij: vel queque sunt necessaria edificare debeatis. Quia benedictione percepta ilico perrexerunt: et constitutum diem magno opere prestolantes: parauerunt omnia que his cum tanto patre venire potuissent: videbantur esse necessaria. Nocte vero eadem quam promissus illucescebat dies: eisdem seruo dei quem illic patrem constituerat: atque eius proposito vir domini in somnis apparuit: et loca singula ubi quid edificare debuissent: subtiliter designauit. Cumque viri quoque somno surgeret: subinuit quid viderent retulerunt: non tamen visioni illi omnimodo fide dantes: virum dei sicut se venire promiserat: expectabant. Cumque vir dei constituto die minime venisset: ad eum cum merore reuersi sunt dicentes: Expectauimus patrem ut venires: sicut promiserat: et nobis ostenderes: ubi quid edificare deberemus: et non venisti. Quibus ipse ait: Quare fratres: quare ista dicis? Numquid sicut promisi: non veni? Cui cum ipsi dicerent: Num venisti? Respondit. Numquid vtriusque vobis dormientibus non apparuit: et loca singula designauit? Ite et sicut per visionem vidistis: omne habitaculum monasterij ita construite. Quia hec audientes vehementer admirati ad predictum predium sunt reuersi: et cuncta habitacula: sicut ex reuelatione didicerant: construxerunt.

Petrus.

Doceri velim quo fieri ordine potuit: ut longe responsu dormientibus diceret: quod ipsi per visionem audirent: et recognoscerent.

Gregorius.

Quid est: quod perscrutatus rei gestæ ordinem: ambigis petre. Lique profecto: quia mobilioris nature est.

Spiritus q̄ corpus. Et certe scriptura testis nouimus: q̄ p̄pheta ex iudea subleuatus: repente est cū prandio in caldea depositus: quo uidelicet prandio p̄phetā refecit: seq̄ rep̄te in iudea iterū inuenit. Si igit̄ tam longe Abachuch potuit sub momēto corporaliter ire ⁊ prandiū deferre: quid mirū: si Benedictus pater obtinuit: quatenus iret per spiritū ⁊ fratrum quiescentiū spiritibus necessaria narraret vt sicut ille ad cibū corporis corporaliter periret: ita iste ad institutionē spiritualis vite sp̄ialiter pergeret.

De sanctimōialibus feminis que post mortē per eius oblationē cōmunioni sunt redditę:

Capitulū. XXIII.

Petrus.

Anus tue locutiois terfit a me fateor: dubietatē mētis. Sed velim nosse in cōmuni locutione qualis iste vir fuerit.

Gregorius.

In ipsa Petre cōmunis eius locutio a virtutis erat pondere vacua: quia cui⁹ cor sese in alta suspenderat: nequaquā verba de ore illius in cassum cadebāt. Si quid vero vnq̄ non tam decernēdo: sed minādo diceret: tantas vires sermo illius habebat: ac si hoc nō dubie atq̄ suspense: sed iā per sententiā protulisset. Nam nō longe ab ei⁹ monasterio due quedā sanctimoniales femine nobilioze femia exorte: in loco proprio p̄uersabant: quibus quidā religiosus vir ad exterioris vite vsum p̄bebat obsequiū. Sed sicut nōnullis solet nobilitas generis parare ignobilitatē mentis: vt minus se in hoc mūdo despiciāt: qui plus se ceteris a liquid fuisse meminerūt: necdū predicate sc̄timoniales femie perfecte linguā suā sub habitus sui freno restrinxerāt: et eundē religiosus virū: qui ad exteriora necessaria eis obsequiū p̄bebat: incautis sepe sermonib⁹ ad iracundiā p̄uocabāt.

Qui cū diu ista toleraret: perrexit ad deshoiem: quātasq̄ pateret verborū cōtumelias enarrauit. Vir aut̄ dei hec de illis audiens: eis p̄tinus mandauit dicēs: **L**orrigite linguā vestrā: qz si non emēdaueritis: excōico vos. Quā uidelicet excōicatiois sententiā non p̄ferendo intulit: sed minando. Ille aut̄ a p̄stinis moribus nihil mutare itra paucos dies defuncte sūt: atq̄ in ecclesia sepulte. Tuncq̄ in eadē ecclesia missarū solēnia celebrarent: atq̄ ex more dyaconus clamaret. Si quis nō cōmunicat̄ det locū: nutrix earū que pro eis oblationē dño offerre cōsueuerat: eas de sepulchris suis p̄gredi ⁊ exire ecclesiā videbat. **Q**uōd vñ sepius cerneret: qz ad vocē dyaconi clamātis exiebāt foras: atq̄ intra ecclesiā permanere nō poterāt: ad mortā redijt que vir dei illis adhuc viuētibus mādauit. Eas quippe se cōione priuare dixerat: nisi mores suos ⁊ verba corrigerent. Tūc seruo dei cū grani merore indicatū est. Qui manu sua p̄tinus oblationē dedit dicēs: **I**te ⁊ hāc oblationē p̄ eis offerri dño facite: ⁊ vltierus excōicate nō erūt. Que vñ oblatio p̄ eis fuisse imolata: ⁊ a dyacono iuxta morē clamātū est vt non cōicantes ab ecclesia exirēt: vñ se nō sunt. Qua ex re indubitātē patuit: qz vñ inter eas que cōione priuate sūt: a dño per seruū minime recederet: cōionez a dño per seruū dñi recepissent.

Petrus.

Quōd valde quod dicit: quāuis veterabile ⁊ sanctissimū virū adhuc tamē in hac carne corruptibil de gentē potuisse aīas soluere: in illo iam inuisibili iudicio cōstituas.

Gregorius.

Quid nā Petre in hac adhuc carne nō erat: qui audiebat: **Q**uōd cūq̄ ligaueris super terrā: erit ligatū in celis: ⁊ que solueris sup terrā: soluta erūt ⁊ in celis. Tūc nūc vicē ligando ⁊ soluēdo obtinent: qui locū sancti regim̄is fide ⁊ moribus tenēt. Sed vt tāta

valeat homo de terra: celi ⁊ terre cōditōz in terrā venit e celo. atq; vt iudicare: caro etiā de spūalibus possit: hoc ei largiri dignatus ē. fact⁹ p hominib⁹ de⁹ caro: qz i de surrerit vltra se infirmitas nostra: vñs sub se infirmata est firmitas dei.

De puero monacho quem se pultū terra proiecit. Cap. XXV.

Petrus.
Am virtute signorū concorditer loquitur ratio verborum.

Gregorius.

Quadā quoq; die dū quidam eius puerul⁹ monach⁹ parētes suos: vltra q̄ debebat: diligēs atq; ad eorū habitaculū tendēs: sine benedic. iōe de monasterio exisset: eodē die mox vt ad eos puenit: defunct⁹ est. Cūq; esset sepultus: die altero proiectū foras corp⁹ ei⁹ inuentū est. qd rursus tradere sepulture curauerūt. Sed sequētī die iterū proiectum exteri⁹ atq; inhumatū sicut prius inuenērūt: tūc cōcite ad benedicti patris vestigia currētes: cū magno fletu petierūt vt ei suam gratiā largiri dignaret. Quibus vir dei manu sua p̄tinus cōsonem. p̄fici cor: poris dedit: dicēs. Ite atq; hoc dñicum corpus sup pectus ei⁹ ponite ⁊ sic eum sepulture tradite. Qd dū factū fuisset iustepum corpus ei⁹ terra tenuit: nec vltra p̄tecit. P̄p̄edis petre apud iesus ch̄istū dñm cuius meriti iste vir fuerit: vt ei⁹ corpus etiā terra proiecerit: qui benedicti gratiā non haberet.

Petrus.

Erpendo plane ⁊ vehemēter stit p̄o.

De monacho qui de monasterio discedens draconē in itinere inuenit. Cap. XXVI.

Gregorius.

Quidāz autē ei⁹ monach⁹ mobilitati mētis dedit⁹ erat ⁊ p̄ma nere i monasterio nolebat. Cū

q; eū vir⁹ dei assidue corripet ⁊ frequēter admoneret. Ipse vero nullomō p̄sentiret in cōgregatiōe p̄sistere: atq; i oportunitis p̄cib⁹ vt relaxaret: manere. Quadāz die idē venerabilis p̄r nimitatis eius tedio affectus: iratus iussit: vt discederet. Qui mox vt monasteriū exiit: cōtra se assilire apto ore draconē in itinere inuenit. Cūq; eū idē draco q̄ apparuerat: deuorare vellet: cepit ipse tremēs ⁊ palpitās: magnis vocib⁹ clamare: dicens. Currite. Currite qz draco ille me deuorare vult. Currētes autē fratres draconē minime viderūt sed tremētē atq; palp. tātē monachū ad monasteriū reduxerūt: q̄ statim p̄m̄isit nūq; se esse iā a monasterio recessurum. atq; ex hora eadē in sua p̄missione p̄m̄isit q̄ppe qui sancti viri orationib⁹ cōtra se assilire draconē viderat: quē prius nō videndo: sequebatur.

De puero ab Elephantino morbo curato. Cap. XXVII.

Ed neq; hoc silendū puto qd illustri viro Antonio narrate cognoui: q̄ aiebat patris sui puerū morbo elephantino fuisse correptū ita: vt iā pilis cadētib⁹ cutis itume sceret: atq; incresecētē sanie occultare non posset. Cui ad virū dei ab eodē p̄re eius missus ē ⁊ saluti p̄stine sub omni celeritate restitutus.

De. xij. solidis p̄ miraculū debitori redditis et sanatiōe hois cuius cutis quasi leprosa apparuit. Cap. XXVIII.

Eq; illud taceaz. qd eius discipul⁹ Pegrin⁹ noie narrat cōsueuerat: qz die quadā fidelis vir quadā necessitate debiti cōpulsus: vñs sibi fore remediūz credidit: si ad dei virū p̄geret ⁊ q̄ euz vgeret debiti necessitas: indicaret. Venit itaq; ad monasteriū: oipotētis dei famulū repperit. Qz a creditore suo p. xij. solidis grauiter affligere cōstitumauit. Cui venerabilis p̄r ne

quāq̄ se h̄re. xij. solidos r̄ndit: sed t̄m ei?
inopiā blāda locutiōe cōsolat̄ ait. Eade
z post biduū reuertere: qz deest hodie qd̄
tibi debeā dare. In ip̄so autē biduo more
suo in orōne fuit occupat̄. Cū die tertio
is necessitate debiti affligebat̄: redijt. Su
per archā vero monasterij: q̄ erat frumen
to plena subito tredecim solidi sunt inuē
ti. Quos vir dei de ferri iussit z afflicto
petitori tribuit: dicēs vt. xij. redderet et
vnū in expēsīs pprijs h̄ret. Sz ad ea nūc
redeā que ei? discipulis i libri hui? exor
dio p̄dictis referētibus agnouit.

Quidāz vir grauissima aduersarij
sui emulatiōe laborabat: cui? ad
hoc vsq; odiū prupit vt nescienti
in potu venenū daret. Qui? quis vitā au
ferre nō valuit: cutis t̄m colorē mutauit:
ita vt diffusa in corpe eius varietas lep̄
mōz imitari videref: sed ad dei homines
deduct̄ salutē p̄stinā citius recepit. Nā
mor vt eum cōtigit: omnē cutis illius va
rietatē fugauit.

**De vase vitreo in saxis piec
to et nō fracto. Capi. XXIX.**

Ad quos tpe quo alimētoz in
opia campaniā grauiter afflige
bat: vir dei diuersis indigētib?
monasterij sui cūcta tribuerat:
vt pene nūm̄ cellarario nisi parū quid olei
in vitreo vase remaneret. Tūc quidā sub
dyacon? agapici? noīe aduenit: magno
pere postulās vt sibi aliquātulū olei dari
debuisset. Vir autē dñi qui cuncta decre
uerat terra tribuere: vt i celo oīa reserua
ret: hoc i ipsum paz qd̄ remāserat olei: ius
sit petēti dari. Monach? vero q? cellarariū
tenebat audiuit quidē tubētis verba: sed
implere distulit. Cūq; post paululū: si id
qd̄ iusserat: datū esset: inq̄reret: r̄ndit mo
nach? se mīme dedisse: qz si illud ei tribu
eret: oīno nihil fratrib? remaneret. Tūc
frat? alijs p̄cepit vt hoc ip̄m vas vitreū
in q? parū olei remāsisse videbat: per fen
strā prōijcerēt: ne in cella aliquid per in
obediētā remaneret. factūq; est. Sub

fenestra autē eadē ingens precipitiū pate
bat: saxozū mollibus asperū. Proiectum
itaq; vas vitreū venit in saxis: sed sic mā
sit in columbe ac si profectū minime fuisset:
ita vt neq; fraggi: neq; oleū effundi potu
isset. Ad vir dñi p̄cepit leuari atq; vt
erat integrū: petēti tribui. Tūc collectis
fratrib? inobediētē monachū de infide
litate sua z superbia corā omnibus incre
pauit.

De dolio vacuo oleo repleto

Cap. XXX.

Quia in erepatione cōpleta se se
cū eisdē fratribus in orationez
dedit. In eo autē loco vbi cūq;
fratribus orabat: vacuū erat ab
oleo doliū z coopertū. Cūq; sanctus vir i
oratione p̄sisteret: cepit operimentū eius
dē doliū oleo excrefēte subleuari. Quo
pmoto atq; subleuato oleū qd̄ excreuerat
ora doliū transiēs: pauimentū loci: in quo
incubuerat: inundabat. Ad Benedict?
dei famul?: vt asperit: p̄tinus orationem
cōpleuit atq; in pauimentū oleū desluere
cessauit: tūc dissidentē inobediētēq; fra
trē latius admonuit: vt fidē habere disce
ret z humilitatē. Idē vero frater salubri
ter correptus: erubuit. Quia venerabilis
pater virtutē omnipotētis dñi: quam
admonitione intinuerat: miraculis ostē
debat. Nec erat iam vt quisquā: de ei? p
missionibus dubitare p̄sisset: q in vno cor
dēq; momēto p vitreo vase pene vacuo
plenu oleo doliū reddidisset.

**De monacho a demone libe
rato: Capi. XXXI**

Quāda die dñi ad beati Johā
nis oratorij: qd̄ in ip̄so montis
celstrudine sitū est: pergeret: et
antiq? hostis in mulo medici
specie obuiā faci? est: cornu z trepedicam
erēs. Quē cū requisisset: dicēs. Quo va
dis. Ille r̄ndit. Ecce ad fratres vado poti
onē eis dare: itaq; prexit venerabilis be
nedit? ad orationē. Quia cōpleta concit
tus redijt. Ad aliq? vero spūs vnū sento

rem monachū inuenit aquā haurientē: in
quē statim ingressus ē. Eūq; in terrā pie
cit ⁊ uehemētissime vexauit. Quē cū vir
dei ab oratione red iēs tā crudeliter vera
ri cōspiceret: ei solūmodo alapam dedit ⁊
malignū ab eo spiritū prīnus excussit. ita
vt ad eū redire ulterius non auderet.

Petrus.

Quēlim nosse hec tanta miracula si
virtute semp orōnis impetrabat:
an aliquādo etiā solo voluntatis
exhibebat nutu.

Gregorius.

Quēlim denotamēte deo adherēt euz
rerū necessitas exposcit: exhibere
signa mō utroq; solēt: vt mira q; q;
aliquādo ex p̄ce faciāt. aliqui ex p̄tate. Cū
enī iohānes dicat. Quotquot aut receperunt
eū: dedit eis p̄tatem filios dei fieri: q;
filij dei ex p̄tate sūt quid mirū si signa fa-
cere ex p̄tate valeāt: q; enī utroq; mō mi-
racula exhibeāt: testat̄ petr⁹: q; Thabiray
mortuā orādo suscitauit. Anania vero et
saphirā mētientes: morti increpādo tradi-
dit. Neq; enī orasse in eozū extinctione le-
git: s; solūmō culpā quā p̄trauerāt: in-
crepasse. Costat ergo q; aliqui hec ex p̄tate:
aliqui vero exhibēt ex postulatiōe: dūz
⁊ istis vitā increpādo abstulit: ⁊ illi reddi-
dit orādo. Itā duo quoq; fidelis dei famu-
li Bndict̄ facta nūc replico in quib⁹ ap-
te clareat: aliud hūc accepta diuinitus ex
p̄tate: aliud ex oratione potuisse.

**De ligato rustico et solo aspe-
ctu viri dei: Cap. XXXII.**

Quēthorū quidā hāc nomie p
fidie fuit arriane q; Torile regi-
eozū tēporib⁹ contra catholice
ecclesie religiofos viros ardo-
re immanissime crudelitatis exarsit. ita vt
quils ei cleric⁹ monachusue ante faciem
uenisset: ab eius manib⁹ viuus nullomo-
do exiret. Quadam vero die auaricie sue
estu succensus: in rapinam rerū inbiās:

dum quendā rusticūm tormētis crudeli-
bus affligeret eumq; per supplicia diuersa
saniaret: victus penit rusticus se se res
suas Benedicto dei famulo cōmendasse
professus est: vt dū hoc a torquente credi-
tur: suspensa interim crudelitate ad vitaz
hora raperetur: tunc idem hāc cessauit
rusticū tormētis affligere: sed eius bra-
chia loriz fortibus astringēs: ante equoz
suū cepit impellere vt quis esset bene-
dictus: qui eius res suscepert: demōstra-
ret. Quē ligatis brachijs rusticus ante-
cedens duxit ad sancti viri monasterium
eumq; ante ingressum celle sedentē rep-
perit ⁊ legentē. Eidē autem subsequenti
⁊ seuenti halle rusticus dixit. Ecce iste ē
de quo dixerā tibi bndictus pater. Quēz
dum seruido spiritu ⁊ peruerse mentis: in-
sania fuisset intuitus eo terroze: quo con-
sueuerat: acturū se exstūmans: magnis ce-
pit vocibus clamare dicens. Surge: sur-
ge: ⁊ res istius rusti ei redde: quas accepi
sti. Ad cuius vocē vir dei. prīnus oculos
leuauit a lectione eius intuitus: mox etiā
rusticū: qui ligatus tenebatur: attendit.
Ad cuius brachia dūz oculos deflexeret
miro modo tanta se celeritate ceperunt il-
ligata brachijs lora deuoluere vt dissol-
ui tam concite nulla hominū festinatioe
potuissent. Cumq; is: qui ligatus vene-
rat: cepisset subito astare solutus: ad tan-
te potestatis vim tremefact⁹ hāc ad ter-
ram corruit ⁊ ceruicem crudelitatis rigi-
de ad eius vestigia inclinans: se orationi-
bus illius cōmendauit. Vir autem sanc-
tus a lectione minime surrexit sed vocat⁹
fratribus eum introitus tolli: vt benedic-
tionem acciperet: precepit. Quē ad se re-
ductū: vt a tante crudelitatis insania qe-
scere deberet: admonuit. Qui fractus re-
cedens: nil ulterius petere a rustico p̄sum-
psit. quem vir domini nō tangendo: s; res
spiciendo soluerat. Ecce est petre quod
dixit: quia hī qui omnipotenti deo famili-
ari⁹ seruūt: aliqui mira faciūt etiā ex p̄tate
possūt. Qui enī ferocitate Gothi terribil
sedēs respicit: lora vero nodosq; ligature

que innocētis brachia astrinxerāt: oculis dissoluit: ipsa miraculi celeritate indicat: quia ex potestate acceperat habere: quod fecit. Rursum quoq; quale quantūq; miraculū orādo valuit obtinere: subiungā.

**De mortuo suscitato:
Capitulū. XXXIII.**

Quadā die cū fratribus ad agri opera fuerat egressus. Quidā vero rusticus defuncti filij corpus in vlnis ferens: orbitatus luctu estuans: ad monasteriū venit: Benedictū patrē quesuit. Cui cū dictū esset quia idem pater cū fratribus in agro moraret: prius ante monasterij ianuā corpus extincti filij p̄icit et dolore turbat: ad inueniendū venerabilē patrē sese cōcitus in cursum dedit. Eadē vero hora vir dei ab agri opere iam cū fratribus reuertebat. Quē mor vt orbitatus rusticus aspexit: clamare cepit. Redde filiū meū: redde filiū meū. At autē dei in hac voce substitit: dicēs. Nūquid ego filiū tuū tibi abstulisti? Cui ille respōdit: Mortuus est: veni suscita eū. Quōd vt mor dei famulus audiuit: valde cōtristatus est dicens: Recedite fratres: recedite: hec nostra nō sunt: sed sanctorū apostolorū sunt. Quid nobis onera vultis imponere: que nō possumus portare? At ille quē nimis cogebat dolor: in sua petitiōe perstitit iurās q̄ nō recederet nisi eius filiū resuscitaret. Quem mor dei famulus inquisiuit dicens: Ubi est? Cui ille respōdit: Ecce corpus ei? ad ianuam monasterij iacet. Ubi dū vir dei cū fratribus peruenisset: flexit genu et super corpusculū infantis incubuit: seq; erigens ad celū palmas tetendit dicens: Dñe non aspicias peccata mea: sed fidez huius hominis qui resuscitari filiū suū rogat et redde in hoc corpusculū aiām quaz abstulisti. At in oratiōe verba cōpleuerat: et regrediente anima ita corpusculū pueri omne cōtremuit: vt sub oculis omnīū qui aderāt apparuerit cōcussione miracifica tremēdo palpitate. Cuius mor manū tenet: et eum patri viuente atq; incolu

mem dedit. Liqueat Petre: quia hoc miraculū in potestate nō habuit: qd̄ p̄strat̄ petijt: vt exhibere posuisset.

De miraculo Scholastice sororis eius: Cap. XXXIII.

Petrus.

Que cūcta esse vt asseris constat. parēter. Quia verba que p̄posueras: rebus p̄bas. Sed que so te vt indices: si facti viri omnia que voluit: possunt: et cūcta impetrāt: que desiderant obtinere.

Gregorius.

Quā erit Petre in hac vita paulo sublimior: qui de carnis sue stinulo ter dñm rogauit: et tamē qd̄ voluit obtinere nō valuit. Ex qua re nos esse est vt tibi de venerabili patre Benedicto narrē: qz fuit quoddā quod voluit: sed nō valuit implere. Soror namq; eius Scholastica nomine: omnipotentī dño ab ipso infantie tempe dedicata: ad eā semel per annū venire cōsueuerat: ad quam vir dei nō longe extra ianuā in possessiōe monasterij descēdebat. Quadā vero die venit ex more atq; ad eā cum discipulis venerabilis eius descēdit frater: qui totū diem in dei laudib;: sacrifq; colloquijs ducentes: incubentibus iam noctis tenebris simul acceperūt cibos. Cūq; ad mensā sederēt: et inter sacra colloquia tardior se hora p̄traheret: eadē sanctimonialis femina soror eius eū rogauit dicens: Que so te vt ista nocte non me deseras: vt vsq; mane aliquid de celestis vite gaudijs loquamur. Cui ille respōdit: Quid est qd̄ loqueris soror? manere extra cellā nullatenus possum. Tanta vero erat celi serenitas: vt nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autē femina eū verba fratris negātis audisset: insertas digitis manus super mēsam posuit: et caput in manibus omnipotentē dominū rogatura declinauit. Cūq; leuaret de mensa caput tanta chozuscatiōis et tonitruū virtus tanta: qz inundatio pluuie erupit: vt neq; vene

rabilis Benedictus: neq; fratres: qui cū eo aderant extra loci limen: quo confederant: pedē mouere potuissent. Sanctimonialis quippe femina caput in manib' declinans: lacrimarū fluuiū in mensam fuderat per quē serenitatē aeris ad pluuiā traxit. Nec paulo tardius post orationez inundatio illa secuta est: sed tanta fuit cōueniētia oratiōis et inundatiōis vt de mēsa caput tam cum tonitruo leuaret: quatenus vnū idemq; esset momentū: et leuare caput: et pluuiā deponere. Tūc vir dei inter choriscos tonitruos atq; ingētis pluuie inundationē vidēs: se ad monasteriū nō posse remeare: cepit conqueri cōstitatus: dicens. Parcat tibi 'omnipotēs de' soror: quid est: qđ fecisti. Cui illa respondit. Ecce te rogant et audire me noluit: rogant dñm meū et audiuit me. Modo ergo si potes: egredere et me dimissa: ad monasteriū recede. Ipse autē exire extra tectum nō valens: qui remanere sponte noluit: in loco māsit inuitus. Sicq; factum est vt totā noctē peruigilē ducerent: atq; per sacra spiritalis vite colloquia se se vicaria relatione satiarent. Quia de re dixi eū voluisse aliquid: sed minime potuisse. Quia si venerabilis viri mētē aspiciam: dubiū non est quin eandē serenitatem voluerit in qua descēderat permanere: s; cōtra hoc qđ voluit: in virtute omnipotentis dei ex femine pectore miraculum inuenit. Nec mirū qđ pl' illo femina que diu fratrem videre cupiebat: in eodē tēpore valuit. Quia enī iuxta Johānis vocē deus charitas ē: iusto valde iudicio illa pl' potuit: que ampli' amauit.

De aīa sororis eius visa et qualiter a corpe sit egressa.

Cap. XXXV.

Petrus.

Ateor multum placet quod dicit Gregorius.

Amq; die altero eadem venerabilis femina ad cellā propriā

am recessisset vir dei ad monasterium rediit. Cū vero post triduum in cella confitens eleuatis in aera oculis vidit eiusdē sororis sue animā de eius corpore egressā in colūbe specie celi secreta penetrare.

Qui tante eius glorie congaudēs omnis potēti deo in hymnis et laudibus gratias reddidit eiusq; obitū fratrib' denūciauit. Quos etiā protinus misit vt eius corp' ad monasteriū deferrerēt. atq; in sepulchro qđ sibi se parauerat: ponerēt. Quo facto contigit vt quorum mens vna semper in deo fuerat. eorum quoq; corpa nec sepultura separet.

De mundo ante oculos eius collecto et aīa Germani Lapua ne epi. Ca. XXXVI.

Alio quoq; tpe Seruād' dyaconus atq; abbas eius monasterij qđ in campane p'ibus a Liberio quondā patricio fuerat constructū ad eum visitationis gratia ex more venire cōsueuerat eiusq; monasteriū frequētabat vt qđ idem quoq; vir doctrina gratie celestis affluebat: dulcia sibi inuicē vite verba transfunderent et suauē cibum celestis patrie: quia adhuc perfecta gaudendo nō poterant: saltem suspirādo gustarent. Cumq; hora iā quietis exigeret: in cuius turris superioribus se venerabilis Benedictus: in eius quoq; confortibus se Seruand' dyaconus collocavit: quo videlicet in loco inferior ad superiora peruius cōtinuabat ascēsus. Ante eandē vero turrim largius erat habitaculum: in quo vtriusq; discipuli quiescebant. Cumq; vir dei benedictus adhuc qđ escētibus fratribus vigilijs nocturne orationis tēpora preuenisset: ad fenestrā stās et omnipotentē deum deprecans: subito in tempesta noctis hora respiciens: vidit fusam lucē desuper cunctas tenebas effugasse: tantoq; splendore clarescere: vt diē vinceret lux illa: que in tenebris radiasset. Mira autē res valde in hac ipeculatione secuta est: qđ sicut post ipse narravit: oīs

etiam mundus: velut sub vno solis radio collectus: ante oculos eius adductus est. Qui venerabilis pater dum intentus oculo rum acie in hoc splendore choruzque lucis insingeret: vidit germani capuani episcopi animam in spera ignea ab angelis in celum ferri: tunc tanti sibi testis volens adhibere miraculi: Seruandus dyaconus iterato bis terque eius nomine cum clamoris magnitudine vocauit. Cum ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus: ascendit: respexit preterquam iam lucis exigua vidit. Cui tantum obstupescere miraculum: vir dei per ordinem: que fuerat gesta: narrauit: Statimque ipsius sinu castrum religioso viro Theoprobato mandauit ut ad capuanam urbem sub eadem nocte transmitteret et quod de Germano episcopo ageret: agnosceret: et indicaret. Factus est et reuerendissimus viri Germani Episcopi: is qui missus fuerat: iam defunctum repperit et requirere subtiliter agnouit: eodem momento fuisse illius obitum: quo vir vni eius agnouit ascensum.

Petrus.

Ifra res valde et vehementer stupenda. Sed hoc quod dictum est: quod ante oculos ipsius quasi sub vno solis radio collectus: omnis mundus adductus est: sicut nunquam expertus sum ita nec consicere scio: quo ordine fieri potest ut mundus omnis ab homine vno videatur.

Gregorius.

Frum tene petre quod loquor quia ante videnti creatoris: angusta est omnis creatura. Quilibet etenim parum de luce creatoris aspexerit: breue est fit omne quod creatum est: quod ipsa luce visio intine mentis laxat sinus: tantumque expanditur in deo ut superior existat mundo. Fit vero ipsa videtis anima etiam super semetipsam: cum in dei lumine rapit: super se in terioribus ampliat et dum sub se conspicit ex altara: comprehendit quod breue sit: quod comprehendere humiliata non poterat. Vir ergo qui intruere globum igneum angelos quoque ad celum redeuntibus videbat: hec proculdus

bio cernere non nisi in dei lumine poterat. Quid itaque mirum: si mundum ante se collectum vidit: qui subleuatus in mentis lumine extra mundum fuit. Quod autem collectus mundus ante eius oculos dicitur: non celum et terra contracta est: sed videtis animam dilatatus. Quomodo in deo raptus: videre sine difficultate potuit omne: quod infra deum est. In illa ergo luce que exterioribus oculis fulsit: lux interior in mente fuit: que videtis animam: quod ad superiora raptus: ei quod angustia essent omnia inferiora: monstrauit.

De eo quod regulam monachorum scripsit. Cap. XXXVII.

Petrus.

Ideo mihi vixit non intellexit: sed que dixerat: quando ex tarditate mea tantum creuit expositio tua. Sed quod hec liquide meis sensibus infudisti queso ut ad narrationis ordinem redeas.

Gregorius.

Ibet petre adhuc de hoc venerabili patre multa narrare: sed quedam eius studiose pretereo. Quod ad aliorum gesta voluendo festino. Hoc autem nolo te lateat quod vir dei inter tot miracula: quibus in mundo claruit: doctrine quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum regulam discretionem precipuam: sermone luculentam. Cuius si quis vult subtilius mores vitamque cognoscere: potest eadem institutione regule omnes magistrum illius actus inuenire: quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quam vixit.

De prophetia sui exitus fratrum nuntiata. Cap. XXXVIII.

Adem vero anno quo de hac vita erat exiturus: quibusdam discipulis secum conuersantibus: quibusdam longe manentibus sancti finis sui obitus denuntiavit die: presentibus indicans: quod vel quale eis signum fieret: quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum vero sui exitus die aperire sibi sepul

turā lubet. Qui mox correptus febribus acri cepit ardore fatigari. Cūq; p̄ dies singulos lāguor ingrauesceret: sexta die portare se in oratoriū a discipulis fecit. Ibiq; exiitū suū dñici corporis et sanguinis p̄ceptione munivit. atq; inter discipulorū manus imbecillia mēbra sustentās: erectis in celū manib⁹ stetit et vltimū spiritus inter verba oratiōis efflauit. Qua sc̄z die duob⁹ de eo fratrib⁹: vni in cella cōmorāti: alteri autē lōgius posito reuelatio vni⁹ atq; indissimilis visionis appuit. Aiderūt nāq; q̄ strata pallus atq; innumeris choruisca lampadib⁹ via recto oriētis tramite ab eius cella in celū vsq; tendebat. Cui venerādo habitu vir desup clar⁹ affluens: cuius esset via: quā cernerēt: inquit fuit. Illi autē se nescire p̄fessi sunt. Quibus ipse ait: hec est via qua dilectus dño celū Benedict⁹ ascēdit. Tūc itaq; sancti viri obitum sicut presentes discipuli viderunt. ita absentes hoc signo: qd̄ eis predictū fuerat: agnouerūt. Sepultus vero est in oratorio beati Iohānis baptiste: qd̄ de structa ara Apollinis ipse cōstruxit: qui et in ea specu in qua prius habitauit nunciat q; si potentia fides exigar: miraculis choruscet.

Nuper nāq; est res gesta: quā narro. Quedam mulier mēte capta dñi sensum fundit⁹ pdidisset: per montes et valles: siluas et cāpos: die noctuq; vagabatur. ibiq; tantūmodo quiescebat: vbi hāc quiescere lassitudo coegisset. Quadam vero die duz vaga nimium erraret: ad beati viri benedicti specuz deuēnit. ibiq; nesciēs ingressa māsit. Mane autē facta ita sanato sensu egressa est: ac si eā nunc infania capitis vlla tenuisset: que omni vltē sue tēpore in eadē: quam accepit salute permansit.

Petrus.

Quid nām esse dicimus: q; plerūq; in ipsis quoq; patrocinijs sic esse sentim⁹: vt nō tanta p̄ corpora sua: quāta beneficia p̄ reliquias ostendāt: atq; illic maiora signa faciūt: vbi minime

per semetipfos iacent.

Gregorius.

De insana muliere in ei⁹ specu sanata. Cap. XXXIX.

Qui in suis corpib⁹ sancti martyres iacent: vbi Petre nō est: q; multa valeant signa demonstrare: sicut et faciunt et puramente querētib⁹ innumera miracula ostendunt. Sed qz ab infirmis potest mētibus dubitari: vtrū ne ad exaudendum ibi presentes sint: vbi constat quia in suis corpibus non sint: ibi necesse est eos maiora signa ostēdere: vbi de eorū presentia potest mens infirma dubitare. Quorū vero mēs in deo fixa est: tāto maius habet fidei meritū: quāto illic eos nouit et nō iacere corpore et tamen nō deesse ab exauditione. Unde ipsa quoq; veritas vt fidē discipulis auget: dixit. Si ego nō abiero: paraclitus non veniet ad vos. Cū enim p̄stet quia paraclitus spiritus a patre semp̄ procedat et filio: cur se filius recessurum dicit vt ille veniat: qui a filio nūq; recedit. Sed quia discipuli in carne dñi cernētes: corporeis hunc oculis semper videre stites bāt: recte eis dicitur. Nisi ego abiero: paraclitus nō veniet: ac si aperte diceretur. Si corpus nō subtraher: quis sit amor spiritus: nō ostendit: nisi me deseritis carnaliter cernere: nūq; me discetis spūaliter amare.

Petrus.

Lacet quod dicit:

Gregorius.

Quantū iam a locutione cessandum est vt si ad aliorum miracula narranda tendimus. loquendi vires interim per silentium repemus.

Explicit Liber secund⁹ dialogorum beati Gregorij.

Beati Gregorij pape Dialo-
gorum liber tertius: de vita et mi-
raculis aliorum patrum: feliciter
incipit.

De sancto Paulino Molane
civitatis Ep. **Cap. I.**

Cum vicinis valde patribus
intēdo: maior facta relique-
ra: ita ut Paulini miraculū
Molane vrbis episcopi qui mul-
tos quorum memini virtute et
tempore precessit: memorie defuisse videat.
Sed ad priora nunc redeo: eas quanta va-
leo: brevitate perstringo. Sicut enim bono-
rum facta innotescere citius similibus solent:
senioribus nostris per iustorum exempla gra-
dientibus predicti venerabilis viri celebre
nomen innotuit: eiusque opus admirabile
ad eorum se instruenda studia tetendit: quorum
me necesse fuit gravitati tam certe credere:
ac si ea que diceret meis oculis vidissem.

Cum sententiam Bandalorum tempe
fuisset Italia in capante partibus
depopulata: multique esset de hac
terra in Africa regione transfugis vir dicitur
Paulinus cuncta que ad episcopi usus ha-
bere potuit: captivis indigentibusque largi-
tus est. Cumque iam nihil omnino superesset
quod petentibus dare potuisset. Quodam
die quedam vidua advenit: que a regis Ban-
dalorum genero suo filium in captivitate fuisse
se ductum perhibuit: atque a viro dei eius
preceps postulavit: si forte illius dominus hoc
dignaretur accipere: et hunc concederet ad pro-
pria remeare. Sed vir dei magnopere pe-
tenti femine: quid dare potuisset: inquires:
nihil apud se aliud: nisi se invenit: petenti-
que femine respondit dicens: Mulier quid
possim dare: non habeo: sed memetipsum
tolle. Servum me iuris tui pretere: atque ut
filium tuum recipias: me vice illius in seruti-
um trade. Quod illa ex ore tanti viri audi-
ens: irrisione potius credidit quam compassio-
ne. At ille ut erat vir eloquentissimus: at-
que apprimè exterioribus quoque studiis eru-

ditus: dubitanti femine citius persuasit: ut
audita crederet: et pro receptioe filij se in
servitium episcopi tradere non dubitaret. Pers-
pexere igitur utriusque ad Africam. Proecedente
autem regis genero: qui eius filium habebat
rogatura se obtulit ac prius petijt ut ei fi-
lium donare debuisset. Quod cum vir barbarus
typo superbie turgidus: gaudio transito-
rie prosperitatis inflatus: non solum faceret
sed etiam audire despiceret: vidua subiunxit
dicens: Ecce hunc hominem pro eo vicarium
prebeo: et solummodo pietate in me exhibe
mihique vnicui filium redde. Cum ille venusti
vultus hominem conspexisset: quam arte nos-
set: inquisivit. Cui vir dei Paulinus res-
pondit dicens: Artē quidem aliquam nescio:
sed horum bene excolere scio. Quod vir gen-
tilis valde libenter accepit: cum in nutriens
dis oleribus: quia peritus esset: audiuit.
Suscepit itaque servum: et rogati vidue red-
didit filium. Quo accepto vidua ab Africa
na regione discessit: Paulinus vero exco-
lendi horti suscepit curam. Cumque idem regis
generi crebro ingrederet horti: suisque horti-
lanum requireret: sapientem valde esse homi-
nem videret: amicos cepit familiares deses-
rere: et sepius cum suo hortulano colloquitur:
atque eius sermonibus delectari. Cui Pauli-
nus quotidie ad mensam olera viriditatisque
herbas deferre consueverat: et accepto pane
ad curam horti remeare. Cumque hoc diutius
ageret: quadam die suo domino secum se-
cretius loquenti ait: Vide quid agas. Et
Bandalorum regnum qualiter disponi debeat
at provide: quia rex citius et sub omni cele-
ritate est moriturus. Quod ille audiens: quod
ab eodem rege pre ceteris diligebat: ei mi-
nime tacuit. Sed quod a suo hortulano sa-
pienter se viro agnouisset: edicavit. Quod
dum rex audisset: illico respondit. Ego velle
hunc: de quo loqueris: hominem videre. Cui
gener eius venerabilis Paulini tempa-
lis dominus respondit dicens: Virentes her-
bas mihi ad prandium deferre consuevit.
Has itaque ad mensam eum deportare facio
ut quis sit qui mihi hec est locutus: agnos-
cas. Factusque est et dum rex ad prandium dis-

seuuit: Paulin⁹ ex suo opere olera que
 qz et virentia delaturus aduenit. Tunc
 hunc rex subito cōspexisset: intremuit atqz
 qz accersito eius domino sibi per filiā pro
 pino el secretū: quod prius abscoederat
 indicauit dicens: Verū est quod audisti.
 Nam nocte hac in somnio sedētes in tri
 bunalibus contra me iudices vidi: inter
 quos iste etiā sedebat: et flagellū quod ali
 quando acceperā: eorū mihi iudicio tolle
 batur: sed percūtare: quis nam sit. Nam
 ego hūc tanti meritū virū popularē: vt cō
 spicitur nō esse suspicor. Tunc regis ge
 ner secreto Paulinū tulit: quis nā esset in
 quisuit. Cui vir domini respōdit: Ser
 uus tuus sum: quē pro filio vidue vicariū
 suscepisti. Cūqz instanter ille requireret:
 vt non quis iam esset: sed quis in sua ter
 ra fuisset: indicaret: atqz hoc ab eo itera
 tione frequens inquisitionis exigeret: vir
 domini constrictus magnis coniurationi
 bus iam nō valens negare quid esset: epi
 scopū se fuisse testatus est. Quod posses
 sor eius audiēs: valde pertimuit: atqz hu
 militer obtulit: dicens: Petere quod vis:
 quatenus ad terram tuam a me cum ma
 gno munere reuertaris. Cui vir domini
 Paulinus ait: vnū est quod mihi imper
 dere beneficiū potes: vt omnes ciuitatis
 mee captiuos relaxes. Qui cuncti protin
 us in africana regiōe requisiti: cū onu
 stis frumēto nauibus pro venerādī Pau
 lini viri satisfactiōe: in eius comitatu la
 xati sunt. Post nō multos vero dies Bā
 dalorū rex occubuit: et flagelluz: quod ad
 suaz pernitiē dispensante deo: pro fidelīū
 disciplina acceperat: amisit. Sicqz factū
 est: vt omnipotens dei famulus Paulin⁹
 vera prediceret: et qui se in seruitiū solum
 tradiderat: cū multis a seruitiō ad liberta
 tem rediret: illū videlicet imitar⁹: qui for
 mā serui assumpsit: ne nos essemus serui
 peccati. Cui⁹ sequēs vestigia Paulinus
 ad tempus volūtariē seruus factus est so
 lus: vt esset postmodū liber: cū multis.

Petrus:

Cum me audire cōtingit qd imita
 ri non valeo: flere magis libet: q
 aliquid dicere.

Gregorius.

De cuius etiā morte apud eus
 lesiā scriptū est: quia cum dolore
 essz lateris tactus ad extrema per
 ductus est. Dumqz eius omnis domus in
 sua soliditate pssisteret: cubiculū: quo ia
 cebat eger: facto terremoto contremuit
 omnesqz qui illic aderāt: nimio terrore cō
 cussit: sicqz sancta illa anima carne soluta
 est. Factūqz est: vt magnus pavor inuade
 ret eos: qui Paulini mortē videre potui
 ssent. Sed quia hec quā superius dixi:
 Paulini virtus valde est intimata: nunc
 si placet: ad miracula exteriora veniam⁹:
 quæ et multis iam nota sunt: et ego tā res
 religiosorū viroz relatiōe didici: vt de his
 omni modo ambigere nō possim.

De sancto Johanne papa:

Capitulū. II.

Sed hoc tempore dū Johānes
 vir beatissimus hui⁹ Romane
 ecclesie pontifex: ad Iustinū se
 niozem princepez pergeret: in
 Corinthi partes aduenit. Cui necessa
 se fuit vt in itinere ad sedendū: equ⁹ requi
 ri debuisset. Quilic quidā vir nobilis an
 diens: equū in quo pro magna māstueru
 dine eius consūz sedere cōsueuerat: ita ei
 obtulit vt eū ad loca alia perueniēti apt⁹
 equus potuissz inueniri: deberet ille quē
 nobilis vir dederat: propter suā contugē
 trāsmitti. Factūqz est: et vsqz ad certū locū
 predictus vir equo eodē subuehente per
 ductus est. Qui mox vt aliū reperit: il
 lum quē acceperat transmittit. Tuncqz in
 eo predicti nobilis viri: contunx sedere ex
 more voluissz: ultra non valuit. Quia
 post possessionē tanti pontificis: mulierē
 ferre recusauit. Cepit nāqz immenso fla
 tu et fremitu: atqz incessanti torius corpo
 ris motu: quasi despiciēdo prodere: quia
 post membra pontificis mulierē ferre non
 posset. Qu⁹ vir eius prudenter intuitus:

hunc eundē venerabilē virū protinus remissit: magnis precib⁹ petēs: vt equū ipse possideret: quē iuri suo sedēdo dedicasset. De quo etiā illud mirabile a nostris senioribus narrari solet: quod in cōstantinopolitana vrbe ad portam que vocatur aurea veniens: populorū turbis sibi occurrētibus in cōspectu omnīū roganti ceco lumine reddidit: et manu superimposita oculorū tenebras fugauit.

De sancto Agapito papa: Capitulum. III.

Post non multū vero temporis exigēte causa Sorthorū: vir quōq; beatissimus Agapitus hui⁹ sancte Romane ecclesie pontifex: cui deo dispēlante deseruio: ad Iustinianū principē accessit. Cui adhuc pergētī quadā die in greciarū iam partibus curādus oblatus est mutus et claudus: qui neq; vlla verba edere: neq; ex terra vnq; surgere valebat. Cūq; hūc ppinquū illius sctēs obrulissent: vir dñi sollicitere: quissimū: an curatiōis illius haberēt fidē? Et ut dū in virtute dei ex auctoritate Petri: fixā salutis illius spem habere se dicerent: prius venerādus vir oratiōi incubuit: et missarū solēnia exorsus: sacrificiū in cōspectu dei omnipotentis immolauit. Quo peracto ab altari exiēs: claudī manū tenuit: atq; assilētē et aspiciētē populū eū mor a terra pprijs gressibus erexit. Cūq; ei dominicū corpus in os mitteret: illa diu muta ad colloquendū lingua soluta est. Mirati oēs: flere pre gaudio ceperūt: eorūq; mentes illico metus et reuerētia inuasit: eū videlicet cernerēt: que agapitus facere in virtute domī ex a diutorio Petri potuisset.

De Datio Mediolanensiu episcopo: Cap. III.

Eiusdē quoq; principis tpe cur Datio mediolanensiu vrbis eps causa fidi exactus ad cōstantinopolitanā vrbē pergeret: corū ibā deuenit. Qui dū largā domū ad ho-

spitandū quereret: que comitatū illius totū ferre potuisset et vir inueniret: aperit eminus domū cōgruentis magnitudinis eāq; sibi preparari ad hospirandū iussit. Cūq; eiusdē loci incolē dicerēt: in ea hūc manere nō posse. Quia multis tā annis hāc dyabolus inhabitaret: atq; ideo vacua remāisset: vir venerabilis Datus respōdit vicēs: Immo ideo hospitari in domo eādē debemus: si hāc spūs malignus inuasit: et ab ea boim hospitationē repulit. In ea sibi igit parari precepit: securusq; illā antiqui hostis certamā toleratur⁹ intravit. Itaq; intempeste noctis silētio cū vir dei quiesceret: antiqu⁹ hosti s imensis vocibus magnisq; clamoribus cepit imitari: rugitus leonū: boatus pecorū: stridores et foricū: tūc repente Datus tot bestiarū vocibus excitatus: surrexi. vehementer iratus: et contra antiquū hostē magnis cepit vocibus clamare dicēs: Bene tibi ptigit miser. Tu ille es qui dixisti: ponā sedem meā ad aquilonē: et ero similis altissimo. Ecce per superbīā tuā portis et foricib⁹ si milis factus es: et qui imitari deū indigne voluisti. Ecce vt dignus es: bestias imitaris. Ad quā eius vocē: vt ita dicā: delectationē suā spūs malignus erubuit: an nō erubuit? Qui eandē domū ad exhibenda mōstra que cōlueuerat: vltarius nō intravit Sicq; postmodū fidelīū habitaculū facta est. Quī dū eā vnus veraciter fidelis ingressus est: ab ea p̄tinus mēdax spūs atq; infidelis abscessit. Sed oportet iam vtpriore taceam⁹: ad ea que diebus nostris sunt gesta veniendū est.

De Sabino Lanusine vrbis episcopo: Capitulum. V.

Quidā enī religiosi viri Appulie p̄uincie p̄ibus cogniti hoc apud multorū notitiā longelateq; prebuit: de Sabino canusine vrbis ep̄o testari solēt: qz idem vir lōgo tā senio oculorū lumē amiserat: itaq; oimodo nil videret. Quē rex Sorthorū tota p̄phete habere spiritū audīēs mīme

credidit: sed pbare studuit: qđ audiuit. Qui cū in eisdē partibus deuenisset: hūc vir dñi ad prandiu rogauit. Cūq; iam vē tū esset ad mensam: rex discubere noluit: sed ad Sabini venerabilis viri dexterā se dit. Cū vero eidē patri puer ex moze vini poculū preberet: rex silenter manū tetēdit calicē abstulit: eū per se epō vice pueri p̄buit vt videret: an spū p̄uidētie discerneret quis ei poculū p̄beret. Tūc vir dei accipiēs calicē: sed tamen ministrū nō vidēs dixit: Auat ipsa manus. De quo verbo rex letus erubuit: qz quāuis ipse deprehensus: in viro tñ dei qđ querebat: inuenit. Huius autē venerabilis viri, cū ad exēplū vite sequentiū in longū senū vita traheret: eius archidiacon⁹ ambitioē adipsū scendī ep̄atus accensus: eū extinguere veneno molitus est. Qui cū vintusozis animū corrupisset vt mixtū vinuz veneno sibi poculū preberet: refectionis hora cū iaz vir dei ad edendū, discuberet: ei premijs corruptus puer hoc: qđ ab archidiacono eius acceperat: veneni poculum obtulit. Cui statim venerabilis ep̄us dixit: Bibe tu hoc: qđ mihi bibendū prebes. Tremefactus puer deprehēsum se esse sentiens: maluit moriturus bibere q̄ penas p̄ illa tantū homicidij culpa tolerare. Cūq; sibi ad os calicē duceret: vir dñi cōpescuit dicens: Non bibas: va mihi: ego bibo: sed vade dic ei qui tibi illud dedit. Ego quidem venenū bibo: sed tu ep̄s nō eris. Facto igit̄ signo crucis venenū ep̄us bibit securus. Eadēq; hora in loco alio quo inerat archidiacon⁹ eius defunctus est: ac si per os ep̄i ad archidiaconi viscera illa venena trāsissent. Cui tamen ad inferendaz mortē venenū quidē corporale defuit sed hūc in cōspectu eterni iudicis venenū sue malicie occidit.

Petrus.

Pra sunt hec ⁊ nostris valde stupenda temporibus: sed talis eiusdem viri vita perhibet: vt qui cōuersationē eius agnouerit: virtutem non debeat mirari.

De Cassio Harniensis ciuitatis episcopo. Capitulum. VI.

Gregorius.

Neq; hoc petre sileā q̄ multū nūc qui hic de Harniensis ciuitate assunt: mihi sedulo testificānt. Eodem nāq; Borhorum tempore cū prefatus rex Totila: Harnias venisset: vir vite venerabilis Cassius ei⁹ vrbis episcopus occurrit. Cui quia ex cōspersione semper facies rubere cōiueuerat hoc rex Totila non cōspersionis esse credidit: sed assidue potationis: eiq; ommodo desperit. Sed omnipotens deus: vt quāstus vir esset: qui despiciēbat: ostenderet in Harniensis cāpo quo rex aduenerat malignus spiritus corā omni exercitu ei⁹ spatariū inuasit: eūq; vexare crudeliter cepit. Qui cū ante regis oculos ad venerandū virū Cassiū fuisset adduct⁹: hūc ab eo vir dñi in oratione facta signo crucis expulit. Qui in eū ingrediti vltertus nō p̄sumpsit. Sicq; factū est vt rex barbarus seruu⁹ dei ab illo iaz vte veneraret ex corde: quē de spectū valde iudicabat ex facie. Itā quia virū tante virtutis vidit: erga eū illa mēs effera ab elationis fastu detumuit.

De Andrea Fundane vrbis episcopo. Cap. VII.

Ed ecce dū facta forniū viroz narro: repente ad memoriā veniunt quid erga Andream Fundane ciuitatis episcopū diuina misericordia fecerit. Qđ tñ ad hoc legētib⁹ vt valeat: exopto: qñs qui corpus suū cōtinētie dedicāt: habitare cū femis nō p̄sumāt: ne ruina mēti tāto repētia surripiat. Qto ad hoc qđ male p̄cupiscit: etiā p̄ntia cōcupi te forme famulat. Hec res est dubia: quā narro: qz pone tāti in ea testes sūt: q̄ti ⁊ eiusdē loci hītorozes existūt. Hic nāq; venerabil⁹ vir cū vitā multis plenā virtutib⁹ duceret: seq; sub sac̄dotali custodia in p̄tinētie arce custodiret. Quādā sancti montalē feminā quā, secū pri⁹ habuerat: noluit ab ep̄i sui cura repellere: sed cert⁹

de sua eiusque continētia: secū hanc permi
 sit habitare: ex qua re actū est vt antiquo
 hostis apud eius animū aditū tērationis
 exquireret. Nam cepit specie illi oculis
 mētis eius imprimere: vt illecto nephan
 da cogitaret. Quada vero die Iudeo q
 dam ex cāpanie ptibus Romā veniēs ap
 pie carpebat iter. Quis ad fundanū ciuez
 perueniens: cuz iā diē vespascere cerne
 ret: r quo declinare posset: minime repp
 rirēt: iuxta appollinis templuz fuit. Ibiqz
 se ad manendū cōtulit. Qui ipsum loci il
 lius sacrilegiū pertimescēs. quāuis fidez
 crucis minime haberet: signo tamē se cru
 cis munire curauit. Nocte autē media sp
 so solitudinis pauore turbatus: pernigil
 facebat r repente conspiciēs: vidit malig
 norū spiritū turbā quasi in obsequiū cu
 iusdā potentis preire. Eū vero qui ceteris
 preerat: in eiusdē gremio loci consedisse.
 Qui cepit singulorū spirituum obsequen
 tium sibi causas actusqz discutere: quate
 nus vnusquisqz quantū nequitiē gessisset:
 inueniret. Cūqz singuli spūs ad inquisiti
 onē eius exponerēt: quid operati contra
 bonos fuissent: vnus in mediū profluuit:
 qui in Andree episcopi animo per specie
 sanctimonialis femine que in epio ei ha
 bitabat quantā tērationē carnis cōmonis
 set: aperuit. Cū vero hoc maligno qui pre
 erat spūs: inhiāter audiret: r tāto sibi fac
 tum lucrū grāde crederet: quāto sanctio
 ris virtutem ad lapsū pditionis inclia
 ret. Ille spūs qui hec eadē fatebat: adiun
 xit qz vsqz ad hoc quoqz die preterito ve
 spertina hora eius mentē traxerit vt iter
 ga eiusdem sanctimonialis femine blādi
 ens alapani daret. Tunc malignus spūs
 atqz humani generis antiquus inimicus
 exhortatus hunc blande est vt perficeret
 qd cepisset quatenus ruine illius singula
 rem inter ceteros palmam teneret. Cūqz
 iudeus qui aduenerat: hoc vigilans cer
 neret r magne formidinis anxietate pal
 pitaret: ab eodem spiritu qui cunctis illic
 obsequentibus preerat: iussū est vt reqz
 rarent quānam esset ille: qui iacere in tē

plo eodem presumpsisset. Quē maligni
 spiritus pergentes r subtilius intuentes
 crucis mysterio signatum viderunt: mirā
 tesqz dixerunt. Ne ve vas vacuū r signa
 tum. Quibus hoc renunciātibz cuncta
 illa malignorū spirituum turba disparuit
 Iudeus vero qui hec viderat illico surre
 xit atqz ad episcopū sub festinatione pue
 nit. Quē in ecclesia sua repperiēs seorsuz
 tulit: qua tēratione vrgeretur: inquisiuit.
 Qui confiteri episcopus tērationem suam
 verecūdatus: noluit: cuz vero ille diceret
 qz in illa tali dei famula prauis amoris ocu
 los inieciisset. atqz adhuc episcopus nega
 ret: adiunxit dicens. Quare negas quod
 inquireris qui ad hoc vsqz vesperē hester
 no die perductus es vt postero die illi ala
 pa ferires. Ad que nimirū verba depre
 hensum se episcopos sentiens humiliter cō
 sessus est quod prius ptnaciter negauit.
 Cuius ruine r verecūdie isdē iudeus con
 sulens qualiter hoc cognouisset vel que i
 cōuentu malignorū spirituum de eo laudis
 set: indicauit. Quē ille agnoscēs se. ad ter
 ram ptnus in oratione dedit moroz de
 suo habitaculo non solū eandē dei famu
 lam: sed omnem quoqz feminam que i eis
 illic obsequio habitabat: expulit. In eo
 dez vero templo appollinis beati andree
 apostoli repente oratorū fecit: atqz somni
 illa tēratione carnis funditus caruit. In
 deum vero cuius visione atqz increpatio
 ne saluatus est ad eternam salutē traxit.
 Nam sacramentis fidei imbutum atqz aq
 baptismatis emundatū: ad sancte ecclesie
 gremiū perduxit. Sicqz factum est vt he
 breus isdem dum saluti aliene consuluit
 set: perueniret ad suam vt omnipotēs de
 us inde alterum ad bonam vitā perduce
 ret. vnde in bona vita alterum custodit
 set.

Petrus.

Es gesta quā audiui r metū mihi
 prebet r spem.

Gregorius.

Quia sic oportet et de dei nos semper miseratōe considerare: et de nostra infirmitate, formidare. Ecce enim paradisi cedi concussam audiuit: et nō euulsam: quatenus infirmis nobis: et de eius cōcussione nascatur timor: et de eius stabilitate fiducia.

De Constantio Aquine ciuitatis episcopo: Cap. VIII.

Qui quoque venerabilis vite Constantius Aquine ciuitatis episcopus fuit. Qui nuper predecessoria mei tempe beate memorie Iohannis pape defunctus est: hūc prophete habuisse spiritū multi testantur: qui eū familiariter scire poterūt. Cuius inter multa hoc ferunt religiosi veracesque viri: qui presentes fuerūt quod in die obitus sui cū a circumstantibus ciuibus: utpote discessurus pater tā amabilis amarissime plāgeret: eū flendo requisierūt dicentes: Quē post te patrē habebim? Quibus ipse per prophetie spiritū respondit dicens: Post Constantiā mulionē: post mulionē fulionē. Tu aquina hos habes. Quibus prophetie verbis editis vite spiritū exalauit extremū. Quo defuncto eius ecclesie pastorale suscepit curā Andreas dyaconus illius: qui quondā in stabulis itinē: cur uiseraabat equorum: atque illo ex hac uita subduco ad episcopatus ordinē Iohannus accersitus est: qui in eadē urbe fullo fuerat. Quo adhuc superstite: ita cūcti inhabitatores ciuitatis illius: barbarorum gladijs et pestilētie immanitate vastati sūt: ut post mortē illius ne quis Episcopus fuerit: nec quibus fieret inueniri potuisset. Sic itaque cōpleta est uiri dei sententia: quatenus post decessus duorum se sequentium eius ecclesie pastore minime haberet.

De Frigidiano Lucane ciuitatis episcopo: Cap. IX.

Qui neque hoc sicut: quod narrate uiro uenerabili Genatio Lunensi episcopo: me ante biduum corripit agnouisse. Lucane ecclesie

sibi in me propinque fuisse: mire uirtutis uirū Frigidianū nomine narrat episcopus: cuius hoc inopinatissimū a cūctis illis habitantibus testat memorari miraculū. Quod anseris fluminis qui iuxta illius uisus muros influebat sepe inundatiōe facta cursus sui alueū egressus per agros diffundi consueuerat: et quecūque sata ac plāta reppererat: euertebat. Cūque hoc crebro fieret: et magna eiusdem loci incolas necessitas uigeret: dato studio operis eū per loca alia deriuare conati sunt. Sed quatenus diutius laboratū fuisset: a proprio alueo deflecti nō potuit. Tunc uir dñi Frigidianus rastrū sibi paruulū fecit: ad alueum fluminis accessit: et solus oratiōi incubuit: atque eidē flumini precipiēs ut sequeretur: per loca quecūque uis uisa sunt: rastrum per terrā traxit. Quē relicto alueo proprio tota fluminis aqua secuta est: ut funditus locū cōsueti cursus desereret: et ibi sibi alueū: ubi tacto per terram rastrum uir dñi signū fecerat uendicaret: et quecūque essent alimētis hominū pro futura: sata uel plāta ultra non lederet.

De Sabino Placentino episcopo qui Padū flumen per litteras suas cōpescuit: Cap. X.

Qui quoque uenerabilis uiri Genantij episcopi aliud miraculū relatiōe cognouit: quod in Placentina urbe perhibet gestū quod uir quoque ueracissimus Iohannes in hac modo Romana ciuitate locū prefectoriū seruauit: qui in eadē Placentina urbe est ortus et nutritus: ita ut episcopus memorat: quia gestū fuerit: attestat. In ea namque ciuitate Sabinū nomine fuisse asseruit: mire uirtutis episcopus. Cui uis die quadā suus dyaconus nūciasset: quod cursus sui padū alueū egressus: ecclesie agros occupasset: totaque illic loca ad nutrēdū semibus pro futura: aqua eiusdem fluminis teneret: uenerabilis uisus Sabini episcopus respondit dicens: Hade et die ei. Mādaunt tibi episcopus: ut te compeas et ad ipsum alueū redeas. Quod diaconus

eius audiens desperit & irrisit. Tunc vir dei Ascito notario dictavit dicens: Sabi-
nus dñi Jesu xpi seruus: comonitorio pa-
do: precipio tibi in noie Jesu xpi dñi no-
stri: vt de alio tuo in locis istis vltimus
nō exreas: nec terras ecclesie ledere presu-
mas. Atq; eidē notario subijxit dicens:
Eade hoc scribe: & in aquā eiusdē flumi-
nis profice. Quo facto sancti viri prece-
ptū suscipiēs: statim se a terris ecclesie su-
minis aqua p̄scuit: atq; ad ppriū aluēū
reuerſa exire vltimus in loca eadē nō pre-
sūpsit. Qua in re Petre qd aliud q̄ iobe
dientū hominū duritia confundit: qñ in
virtute Jesu & elementū irrationabile san-
cti viri preceptis obediuit.

**De Lerbomio Populonij epi-
scopo: Capitulum XI.**

Lir quoq; vite venerabilis cer-
bonius Populonij ep̄s: ma-
gnā diebus nostris sanctitatis
sue p̄bationē dedit. Hāc cū ho-
spitalitatis studio valde esset intent⁹: vte
quādā transeūtes militēs hospitio susce-
pit. Quos Gothis supueniētib⁹ abscō-
dit: eorūq; vitam ab illoꝝ nequitiā abscō-
dendo seruauit. Quō dum Gothorū regi
perſido Totile nunciatū fuisset: crudeli-
tatis immanissimē vesania succēsus: huc
ad locū qui ab octauo hū⁹ vrbis militario
merulis dicit: vbi tunc ipse cū exercitu se-
debat: iussit duci eūq; in spectaculo po-
puli vris ad deuorandū proijci. Cūq; idē
rex perſidus in ipō quoq; spectaculo cōse-
dis: ad ispiciendū moriē ep̄s: magna po-
puli turba cōsūxit. Tunc ep̄s deduct⁹
in medio est: atq; ad eius mortē imanissi-
mus vsus exquisit⁹: qui vñ humana mē-
bra crudeliter carperet: seui regis animū
satisfaret. Dimissus itaq; vsus ex cauea ē.
Qui accensus & cōcitus episcopū petijt:
sed subito sue feritatis oblit⁹: vclera cer-
uice: summissoq; humiliter capite labere
ep̄s pedes cepit: vt patenter om̄ibus das-
ret intelligi: quia erga illū virū dei & feri-
na corda essent hominū: & quasi humana
bestiarū. Tūc populus q̄ ad spectaculū

venerat mort⁹: magno clamore versus est
in admirationē veneratiōis: tunc ad eius
reuerentiā. colendā rex ipse permotus est:
quippe cū quo superno iudicio actū erat:
vt qui deū sequi prius in custodiēda vita
ep̄i noluit: saltē ad mansuetudinē bestie
sequeret. Cui rei hi qui tūc presentes fue-
rūt: adhuc nōnulli supersunt: eāq; cū om-
ni illic populo se vidisse testant. De quo
etia; viro aliud quoq; miraculū Genatio
Lunenſi ep̄o narrante cognoui. In ea nā
q; populonij ecclesia: cui perat: sepulcrū
preparauit. Sed cū longobardoz gens
in italiā veniens: cūcta vastasset: ad hel-
bam in sulā recessit. Qui in grūere egritu-
dine ad mortē veniēs: clericis suis sibiq;
obsequētib⁹ precepit dicens: In sepul-
cro meo qd̄ mibi preparauit populonij me-
ponite. Cui illi cū dicerēt: Corpus tuū il-
lic qualiter reducere possumus: q; a lon-
gobardis teneri loca eadē & vbiq; eos il-
lic discurrere scimus. Ipse respōdit: Re-
ducite me secure: nolite metuere: sed festi-
ne sepellire me curate. Moroz vt sepulcrū
fugerit corpus meū: ex eodē loco sub omni
festinatōe recedit. Defuncto igit̄ ep̄o cor-
pus impoſuerūt nauī. Cūq; populonij
tenderēt: collectis in aere nubibus imen-
sa nimis pluuia erupit. Sed vt patet ceret
oībus cuius viri corpus nauis illa porta-
ret: per illud maris spaciū qd̄ ab helba in
sula vsq; populonij. xij. miliarib⁹ distat:
circa vtraq; nauis latera p̄cellose valde
pluuia descēdit: & in nauē eandē vna plu-
uie gutta non cecidit. P̄uenerūt itaq;
ad locū clericis: & sepulture tradiderūt cor-
pus sacerdotis sui: cui⁹ precepta seruātes
ad nauē sub festinatōe reuerſi sunt. Quā-
mox vt strare potuerūt: in eundē locū vbi
vir dñi sepult⁹ fuerat: longobardoz dur-
crudelissimus gūmatus aduenit. Ex cui⁹
aduentu virū dei habuisse spiritū p̄ophe-
tie claruit: quia ministros suos a sepul-
ture suo loco sub festinatione discedere
precepit.

**De Fulgentio Utriculensi
episcopo: Capitulum XII.**

Hec vero quod de diuisa pluua factum narrari miraculum: etiam in alterius Epi ueneratione monstratum est. Nam quidam clericus senex: qui adhuc superest: eidem rei presto se fuisse, testat dicens: Fulgentius episcopus qui vtricolensium ecclesie preerat: regem crudelissimum Totilam in festum omnimodo habebat. Cumque ad easdem partes cum exercitu appropinquasset: cure fuit episcopo per clericos suos renia ei transmittere: eiusque furoris infamiam si posset muneribus mitigare. Que ille ut vidit: prius spreuit atque iratus: suis omnibus iussit ut eundem episcopum sub omni asperitate constringeret: eiusque examini seruaret. Que dum feroces Gothi ministri scilicet crudelitatis illius tenuissent: circumdantes eum uno in loco stare preceperunt: eique in terra circum designauerunt: extra quem pedem recedere nullomodo auderet. Cumque vir dei in sole nimio estuaret: ab eisdem Gothis circumdatus: et designatione circuli inclusus: repente choruscus et tonitruus et tanta vis pluuie erupit: ut hi qui eum custodiendum acceperant: inmensitate pluuie ferre non possent. Et dum magna nimis inundatio fieret: inter eandem designationem circuli: in qua vir domini Fulgentius stetit: nec vna quidem pluuie gutta descendit. Quod dum regi crudelissimo nunciatum esset: illa mens effera ad magnam eius reuerentiam versa est: cuius penam prius insatiabili furore sitiebat. Sic omnipotens deus contra elatas carnalium mentes potentie sue miracula per despectos operatur: ut qui superbe contra precepta veritatis se eleuant: eorum ceruicem veritatis per humiliter premittit.

De herculano Perusino episcopo. Cap. XIII.

Nuper quoque Floridus venerabilis vite episcopus: narravit quoddam memorabile valde miraculum dicens: Vir sanctissimus herculanus martyr meus Perusinus civitatis episcopus: fuit ex conuersione monasterij ad sacerdotalem ordinem gratiam deductus: Totile autem perfidi regis temporibus can-

dem urbem annis septem continuis Gothorum exercitus obsedit: rex multi eiusum fugerunt: qui famis periculum ferre non poterant. Anno vero septimo nondum finito obsesam urbem Gothorum exercitus intravit: tunc comes qui eidem exercitui preerat: ad regem Totilam nuncios misit exquirens: quid de episcopo vel populo fieri iuberet. Cui ille precepit dicens: Episcopo prius a vertice capitis usque ad calcaneum corrigiam tolle et tunc caput eius amputa: omnem vero populum qui illic est uentus est gladio extingue. Tunc isdem comes venerabilem virum herculanum episcopum super urbis murum deductum capite truncavit: eiusque cutem iam mortuum a vertice usque ad calcaneum incidit ut ex eius corpore corrigiam sublata videret: moxque corpus illius extra muros proiecit. Tunc quidam humanitatis pietate compulsi: abscisum caput ceruicis apponentes: cum uno parvulo infante qui illic extinctus inuentus est: iuxta murum corpus episcopi sepulture tradiderunt. Cumque post eandem die quadagesimo rex Totila iussisset: ut ciues urbis illius qui quolibet dispersi essent: ad eam sine aliqua trepidatione remearent: hi qui prius fugerant: viuendelicetiam accepta reuersi sunt. Sed cuius vite eorum episcopus cognitus fuerat memores: ubi sepultum esset corpus illius: quesierunt: ut hoc iuxta honorem debitum in ecclesia beati Petri apostoli humaret. Cumque ita esset ad sepulcrum: effossa terra inuenerunt corpus: pueri pariter humani utpote iam die quadagesimo tabe corruptum et vermibus plenum. Corpus vero episcopi ac si die eodem esset sepultum: et quod est adhuc miratione venerandum: quia ita caput eius unicum fuerat corpori: ac si nequam fuisset abscisus: sic videlicet ut nulla vestigia sectionis appareret. Cumque hoc et in terga verteret: exquirens si quod signum vel de alia monstrari incisione potuisset: ita sanum atque intemeratum omne corpus inuentum est: ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.

Petrus.

Quis non obstupescat talia signa mortuorum que sunt pro excitatione uiuentium?

De ysaac seruo dei.

Cap. XIII.

Gregorius.

Dixibus quoq; Gothorū tēporibus fuit iuxta spoletanam urbē vir vite venerabilis ysaac nomine: qui vsq; ad extrema pene Gothorū tēpora puenit. Quem nostrorū multi nouerunt & maxime sacra virgo Gregoria que nūc in hac Romana vrbe iuxta ecclesiā beate Martē semper virginis habitat. Que dum adoleſcētie sue tēpore constitutis iam nuptijs in ecclesiā fugisset & sanctimonialis vite conuerſationem quereret: ab eodē viro defensa atq; ad eum quē desiderabat habitū: dño ptegente perducta est. Que qz sponſum fugit in terra: habere spōsum meruit in celo. Multa autē de eodē viro: narrāte venerabili patre Eleuthero agnoui qui et hūc familiariter nouerat & eius verbis vta fidem prebebat. Hic itaq; venerabilis ysaac ortus ex Italia nō fuit: sed ea illi narro miracula que in Italia cōuerſatus fecit. Cū primū de Syrie partib; ad spoletanam urbē venisset: ingressus ecclesiā a custodibus petijt vt sibi quantū vellet: licentia cōcederetur orandi: eumq; horis secretioribus egredi non vrgerent. Qui mox ad orandū stetit: diemq; totū p egit i oratione. Cui sequentē cōtinuauit ac noctem. scdo etiā die cū nocte subsequenti in defessus i precibus consistit. Diez quoq; tertii in oratione cōiunxit. Cūq; hoc vn; ex custodibus supbie spiritu inflatus cerneret: vnde p̄ficere debuit: inde ad defessus damna peruenit. Hā hunc simulato rem dicere & verbo rustico cepit hipochritam clamare: qui se tribus diebus & noctibus ozare ante oculos hominū demonstraret. Qui protinus currēs virū del alapa percussit vt quasi religioſe vite simulatoz de ecclesiā cum cōtumelia exiret: sed hūc repente vltor spirit; inuasit & ad viri dei vestigia strauit ac per os illi; clamare cepit. ysaac me eicit. ysaac me eicit vir q̄p

pe peregrinus: quo censaretur noīe: nesciebatur: sed eius nomē ille spūs. p̄didit qui se ab illo posse eijci clamauit. Mox autem vs̄ super verati corpus vir dei incubuit: malignus spūs: qui eū inuaserat: abscēdit. In tota vrbe tunc statim quid i ecclesiā factū fuisset innotuit: currere viri & femine nobiles atq; ignobiles pariter cęperunt certatimq; eū in suis rapere domibus conabant. Alij ad construendū monasteriū predia: alij pecunias: alij subsidia queq; poterāt: offerre viro dei suppliciter volebāt: sed seruus omnipotētis domini horū nihil accipiēs: egressus urbē: non longe defertū locū repperit ibiq; sibi humile habitaculū cōstruxit. Ad quē dū multi pergunt: exemplo illius: eterne vite accendi desiderio cęperūt atq; sub ei; magisterio in omnipotētis se dñi seruitiū desiderūt. Cumq; eū crebro discipuli humiliter admonerēt vt pro vsu monasterij possessiones: que offerbantur: acciperet: ille sollicitus sue pauprtatis custos: fortē sententiam tenebat: dicens. Monachus qui i terra possessionē querit: monachus nō ē. sic quippe metuebat paupertatis sue securitatem perdere: sicut auari diuites solēt perituras diuitias custodire. Ibi itaq; pphetie spiritu magnisq; miraculis cūctis longe lateq; habitantibus vita eius inclaruit. Hā die quadā ad vesperuz in horo monasterij fecit iactari feramēta que vs̄tato nos nomine vangas vocamus: dixit itaq; discipulis suis. Tot vangas i horo projicite & citius redite. Nocte vero ea dem dū ex more cum fratribus ad exhibēdas laudes dño surrexisset: precepit eis: dicens. Ite & operarijs nostris pulmentum coquite vt mane primo paratum sit. Facto autē mane fecit deferri pulmentuz qđ parari iusserat: atq; hortū cū fratribus ingressus: quot vangas iactari precepit: tot in eo laborantes operarios inuenit. Ingressi quippe fures fuerant: sed muta mente per spiritū apprehenderūt vangas: quas inuenerunt & ab ea hora quā ingressi sunt: quousq; vir domini ad eos ve

nitret: cuncta horti illius spacia: que inculta fuerat: coluerunt. Quibus vir dñi mox ut ingressus est: ait. Sandete fratres: multū la borastis. is̄ quiescite: quibus illico alimēta que detulerat: prebuit: eosq; post tān laboris fatigationē refecit. Sufficiēter aut refectis ait. nolite malū facere. Quotiēs de horto aliquid vultis ad horti aditū venite: trāquille petite: cū bñdictione p̄cipite: et a furti prauitate cessate. Quos statim collectis olerib; onustari fecit. Quibus ē vt qui ad horti nocituri venerāt: cū laboris sui premio: et repleti. ab eoz innocui redirent.

Lio quoq; tēpore accesserunt ad eū peregrini quādam misericordiaz postulātes scissis pannis obsiti. Ita vt pene nudi viderent. Cūq; ab eo vestimēta peterēt: eozū verba vir dñi tacit; audiuit. qui vnū ex discipulis suis protinus filēter vocauit eiꝝ precepit: dicens. Eade atq; in illa silua in loco tali causā arborum require et vestimenta q̄ in ea inueneris ad me defer. Cūq; discipul; abisset: arborē sicut fuerat iussus requisit: vestimēta reperit et latēter deuilit magistro. Que vir dei discipul; peregrin; nudis atq; petētib; ostēdit et p̄buit dicens. Venite qz nudi estis: ecce tollite et vestite vos. Hec illi intuetes recognouerūt: que posuerant: magnoq; pudore cōsternati sunt et q̄ fraudulēter vestimēta querebāt aliena: confusi receperunt sua.

Lio quoq; tpe quidā se eis orationib; p̄mendās: sportas duas plenas alimētis ei p̄ puerū trāsmisit. Quarū vnā idē puer surripuit atq; in itinere abscondit. vnā vero ad dei hominem detulit: et petitionē illi; qui se ei p̄ueniuz cōmendauerat: enarrauit. Quā vir domini benigne suscipiēs: eundē puerū admouit dicens. Gratias agim;: sed vide sportam quā in itinere posuisti: ne incaut; tan gere presumas. quia in eā serpens ingressus est. Esto ergo sollicitus ne si tollere incautus volueris: a serpente feriaris. Quibus verbis puer valde confusus: exulta;

uit quidē q̄ mortē euasit: sed tristis ad modicū factus ē. Quia quāuis salubrem penam euaserit: tamē p̄tulit verecundiā suā. Qui reuersus ad sportā caute ac sollicitē attendit: sed eā iam: sicut vir dei p̄dixerat: serpens tenebat. Hic itaq; cū virtute abstinentie: contēptu rerū transeuntiu: p̄phetie spiritu: orationis intētionē esset incomparabiliter p̄ditus: vnū erat qd̄ i eo reprehēnsibile esse videbāt: qz nōnunquā tanta ei leticia inerat vt illis tot virtutib; nisi sciret esse plenus: omnimodo nō crederetur.

Petrus.

Quid nā queso te: quid nā hoc esse dicimus. Spōte sibi leticie plena laxabat. an tot virtutibus polens: aliquādo ad presens gaudiū etiam renitēs eius anim; trahēbat.

Gregorius.

Magna est petre omnipotētis dei dispensatio: et plerūq; contingit vt quibus maiora bona prestat: que damā minora nō tribuat: vt semp eozū animus habeat. vnde se reprehendat: quatenus dū appetūt p̄fecti esse et nō possunt et laborāt in hoc qd̄ nō acceperūt: nec tamē elaborādo p̄ueniūt: vt in his que accepta habēt: se minime extollāt sed discāt qz ex semetipsis maiora bona nō habēt: qui se metipsis vincere parua vicia: atq; extrema nō possunt. Hinc est enī q̄ p̄ducto domino ad terrā p̄missiois populo: cunctos fortes atq; p̄potentes aduersarios eius extingēs: philisteos atq; cananeos reseruauit vt sicut scriptum est: in eis exp̄tretur israel: quia nōnunquā vt dictus ē eis etiā quibus magna dona tribuit: parua quedā reprehēnsibilia relinquit vt semper habeant: contra qd̄ bellum gerant et deuictis magnis hostibus mentē non erigant. quādo eos adhuc aduersarij etiam minimis fatigāt. Fit itaq; vt miro modo vna eademq; mens et virtute polleat et ex infirmitate lāguēscat: quaten; et ex parte cōstructa sit et ex pte se p̄spiciat esse destrū

etiam vt per bonū qđ querit ⁊ habere non valet: illud seruet humiliter: qđ habet. Sed quid mirū qđ hoc de homine vicim? quādo illa superna regio in ciuibus suis ex pte dāna pertulit ⁊ ex pte fortiter stetit vt electi angelozū spūs: dum alios per superbiam cecidisse conspicerent: ipsi tāto robustius: quāto humiliter starent: Illi ergo regioni sua etiā detrimēta profecerūt: quia ad eternitatis statum ex parte sue de structiois est solidius instructa. Sic ergo ⁊ in vnaquaq; agitur vt humilitatis custodia aliquādo ad lucra maxima ex minimo damno feruetur.

Petrus.

Macet qđ dicitis.

De Eutycio et florentio seruis dei.

Cap. XV.

Gregorius.

Aeq; hoc fiteam qđ ex regione eadem venerabilis viri Sanctuli presbyteri narratione cognoui. de cuius verbis ipse non dubitas quia eius vitā sīdemq; minime ignoras.

Eodem quoq; tēpore in vrsie pte puincie duo viri in vita atq; habitu sancte cōuersationis habitabant quozū vnus Eutycius: alter vero florentius dicebatur. Sed idē Eutycius in spiritali zelo atq; in seruoze virtutis exercitauerat: multozūq; animas ad deū pducere exhortādo satagebat. Florētius vero simplicitati atq; orationi deditā ducebat vitam. Nō longe autē erat monasteriū qđ rectoris sui fuerat morte destitutus: ex quo sibi monachi eundē Eutyciū pcesse voluerunt. Qui eozū precib; acquiescēs multis annis monasteriū rexit: discipulozūq; animas in studio sancte cōuersationis exercuit. Ac ne oratorū in quo plius habitauerat: solū remanere potuisset: illic venerabile virū Florētium reliquit: in quo dū solus habitaret: die quadā sese in orationē dedit atq; ab omnipotēte dño petijt

vt ei illic ad habitādū aliquid solatiū donare dignaret. qui mox vt impleuit orationez oratorū egressus: ante fores vsūm cepit rit stantē qui dū ad terrā caput depriueret: nihilq; feritatis in suis morib; demōstraret: apte dabat intelligi qđ ad viri dei obsequiū venisset. Ad vir quoq; dñi pti nū agnouit: ⁊ qđ in eadē cella. iij. vel. v. pecudes remāserāt: quib; oino deerat: qđ pasceret ⁊ custodiret: eidē vrsio pcepit dicens: vade atq; oves has ad pastū eijce ad horā vero sextā reuertē. Cepit itaq; hoc indefinēter agere: iniūgebat vrsio cura pastozis ⁊ quas māducare cōsueuerat: pascebat oves bestia ieiuna. Cū vtr dñi ieiunare volebat: ad nonā picipiebat vrsio eadē hora cū ouib; reuertē. Cū vero noluisset: ad sextā: in oibus itaq; mādati viri dei obtempabat vrsus vt neq; ad sextā iussus redire: veniret ad nonā: neq; ad nonā iussus redire: veniret ad sextā. Cūq; diu hoc agere cepit in loco eodē tāte virtutis fama lōge lateq; crebresceret: sed qđ antiquo hostis. vñd bonos cernit nitescere ad gloriā. inde pueros p inuidiā rapit: ad penā quatuor viri ex discipulis venerabilis Eutycij vehemēter inuidētes qđ eozū magister signa nō faceret ⁊ is qui sol; ab eo relictus fuerat: tāto hoc miraculo clar; appareret: eundē vrsūm insidiātes occiderūt. Cūq; hora qua iussus fuerat: nō rediret: vir dei Florētius suspicatus est eū rediturū ⁊ vsq; ad horā vespērā expectans: affligi cepit qđ isdē quem ex simplicitate multa fratre vocare cōsueuerat: vrsus minime reuertēret. Die vero altera perrexit ad agrū vrsūm pariter: ouesq; quesiturus: quē occisum repperit sed sollicitē, inquit: rens citius: a quib; fuerat occisus: inuenit. tūc sese in lamentū dedit: fratrum maliciā magis qđ vrsi mortē deplorās. Quē venerādus vir Eutyci; ad se deductū cōsolari studuit: sed isdē vir corā eo doloris magni stimulis accensus imprecatus ē dicens. Spero in omnipotēte deo quia in hac vita ante oculos omnium ex sua malicia vindictā recipiant. qui nihil se ledens

tem vrsu meū occiderūt. **L**ulus vocem
protinus vltio diuina secuta est. **M**ā qua
tuor monachi qui eundē vrsu occiderāt:
statim elephantico morbo percussi sūt vt
mēbris putrescētibus interiret. **Q**uō factū
vir dei florentius vehemēter expauit neq;
ita fratribus maledixisset pertimuit. **O**m
ni enī vite sue tēpore fiebat qz exauditus
fuerat: se crudelē: se in eorū morte clama
bat homicidā. **Q**uō iccirco omnipotentē
dñm fecisse credimus ne vir mire simpli
citatē quātolibet dolore cōmotus: intor
quere vltra presumeret iaculū maledicti
onis.

Petrus.

Quid naz valde graue esse cre
dimus si fortasse cuilibet exagita
ti iracundia maledicamus.

Gregorius.

De hoc peccato cur me percunctas
is an graue sit: cū paulus dicat.
neq; maledici regnū dei posside
bunt. pensa igitur q̄ grauis culpa ē: que
sepat a regno celestis vite.

Petrus.

Quid si homo non fortasse ex malis
cia: sed ex lingue incuria maledi
ctionis verbū iaculatur in proximū.

Iapud districtū iudicē petre ocio
sus sermo reprehenditur: quanto
magis et noxius. **P**ensa ergo q̄
tum sit dānabilis: qui a malicia nō vacat
si et ille sermo penalis ē qui a bonitate vti
litatis et humilitatis vacat.

Petrus.

Sentio.

Gregorius.

Sdem vir dei egit aliud quod si
lere non debeo. **L**um enim mag
na eius opinio lōge lateq; crebre
sceret. quidam dyaconus longe post^o ad
eum pergere studuit vt eius se orationi
bus cōmendaret: qui ad eius cellulam ve

niens: omnē locū per circuitum inuenit dī
numeris serpentibus plenum. **L**ūq; ve
hementer expauescerent: clamauit dicēs.
serue dei ora. **E**rat autem tunc mira serē
nitas. **E**gressus vero florentius ad celū
oculos et palmas tetendit vt illam pestē
sicut sciret dominus auferret. ad cui^o vo
cem subito celum intonuit: atq; idē toni
truuus omnes illos: qui eundē locum oc
cupauerunt: serpentes interemit. **Q**uos
cum vir dei florentius interemptos aspi
ceret: dixit. **E**cce illos occidisti domie q̄s
eos hinc leuabit: **M**oxq; ad eius vocem
tante aues venerunt: quanti serpētes oc
cisi fuerant: que asportātes singulos et lō
gius projicientes: locū habitationis illi^o
mundum a serpentibus omnimodo redē
diderunt.

Petrus.

Quid virtutis. quid fuisse meriti
dicimus: q̄ eius ori tantū factus
est deus proximus.

Gregorius.

Ipsud omnipotentis dei singula
rem mundiciam atq; eius simpli
cem naturam multū petre huma
ni cordis mundicia: atq; simplicitas valet
hoc ipsum nāq; quod eius famuli a terre
nis actionibus segregati: ociosa loqui ne
sciunt et mentem per verba spargere atq;
inquinare deuitant: auctoris sui pre cete
ris exauditionē impetrant. **C**ui inquan
tum est possibile ipsa puritate ac simplici
tate cogitationis quasi ex quadā iam simi
litudine concordāt. **I**los autez turbis po
pularibus admirari: dum frequēter ocio
sa nōnunq; vero etiam: q̄ est grauis: no
xia loquimur: os nostruz omnipotēti deo
tanto longinquuz sit. quāto huic mundo
bene in sacra veraciq; hystoria figuratia narratioe describitur que ait: **Q**uæra si lia Caleph sedens super azinū suspiravit. **C**ui dixit pater suus: Quid habes? **R**espondit. Da mihi benedictionē: terrā austrālē ⁊ arenā dedit mihi: iunge ⁊ irriguā. **D**edit ei pater suus irriguū superius ⁊ irriguū inferius. **A**ra quippe super azinū sedet: cū irratiōabilibus carnis sue motibus anima presidet. **Q**uæ suspirās a patre terrā irriguā petit: quia a creatore nostro cū magno gemitu querenda est lachrymarū gratia. **S**unt nāq; nōnulli qui tam in dono perceperūt libere p iusticia loqui: oppressos tueri: indigētibus possessa tribuere: ardore fidei habere: sed adhuc gratiā lachrymarū non habēt. **I**dem mirū terram austrālē ⁊ arenam habent: sed adhuc irrigua indigent: quia in bonis operibus positi in quibus magni atq; seruētes sunt: oportet nimirū vt aut timore supplicij: aut amore regni celestis: mala etiā que antea perpetrauerūt deplorent. **S**ed quia vt dixi: duo sunt compūctiois genera: dedit ei pater suus irriguū superius: ⁊ irriguū inferius. **I**rriguū quippe superius accipit anima: cū sese in lachrymis celestis regni desiderio: affligit. **I**rriguū vero inferius accipit: cū inferni supplicia flendo pertimescit. **E**quidem prius inferius ac post irriguū superius dat. **S**ed quia compūctio amoris dignitate preeminet: necesse fuit vt prius irriguū superius: ⁊ post irriguū inferius cōmemorari debuisset.

De Amantio presbytero:
provincie Tuscie:

Capitulū. XXXV.

Petrus.

Placet quod dicis. **S**ed postq; hūc venerāde vite Eleutheriū hui' meriti dixisti: libet inquirere si nūc in mundo esse credēdum est aliquos tales.

Gregorius.

Floridus Tudertine ecclesie episcopus: cuius veritatis: atq; sanctitatis est: dilectiōi tue incognitū nō est. **H**ic mihi esse apud se presbyterū quendā Amantiū nomine precipue simplicitatis narrauit virū: quem hoc habere virtutis perhibet: vt apostolorū more manū super egros ponat ⁊ salutē restituat: ⁊ quantū libet vehemens egritudo strād tactū illius abscedat. **Q**uē hoc etiam habere miraculi adūxit: quia in quolibet loco quāuis immanissime asperitatis serpentē reperit: mox vt eaz signo crucis signauerit: extinguit: ita vt virtute crucis: quam vir dei digito ediderit: disruptis visceribus moriat. **Q**uem si quādo serpens in foramine fugerit: signo crucis os forānis benedicat: statimq; ex foramine serpens iaz mortuus trahit. **Q**uem tante virtutis virū ipse etiā videre curauit: eūq; ad me deductum in infirmorū domo paucis diebus manere volui: vbi siqua adesset curatio: nis gratia: citius probari potuisset. **I**bi autem quidam inter egros alios mēte captus iacebat quem medicina greco vocabulo freneticus appellat. **Q**ui nocte quadam cū magnas voces sicut insanus ederet: cunctosq; egros immensis clamoribus perturbaret: ita vt nulli illic capere somnū liceret: fiebat res valde mirabilis: quia vnde vnus male: inde omnes deterrius habebant. **S**ed sicut ⁊ prius a reuerendissimo Florido episcopo: qui tunc cū predicto presbytero illic pariter manebat ⁊ post a pueris qui nocte eadem egrotantibus seruebat: subtiliter agnouit. **I**dem venerabilis presbyter: de proprio stratu surgens: ad lectum frenetici silenter accessit: ⁊ super eum positis manibus orauit. **M**oxq; illum vt melius habentem tulit: atq; in superiora domus secum ad oratorium duxit: vbi pro eo liberius orationis incubuit: et statim eum sanum ad lectum proximum reduxit: ita vt nullas vltorius voces ederet: nec iam egrotorum quempiam aliquo clamore perturbaret: nec iaz egritudinem auxit alienam: qui perfecte

repererat mentem suam. Ex quo eius vno facto vidicimus: vt de eo illa omnia audita crederemus.

Petrus.

Agne vite edificatio est videre viros tam mira facientes: atq; in ciuibus suis hierusalem celestis in terra conspiceret.

De Maximiano Syracusane ciuitatis episcopo: Capitulum. XXXVI.

Gregorius.

Meq; hoc silendum puto: q; omnipotens deus super Maximianum famulum suum: nunc Syracusanum episcopum: tunc autem met monasterij patrem: dignatus est monstrare miraculum. Nam dum iussione pontificis in Constantinopolitane vrbis palatio responsis ecclesiasticis deservire: illuc ad me idem venerabilis Maximianus charitate exigente: cum fratribus venit. Qui cum ad monasterium meum Roma rediret: in mari adriatico nimia tempestate deprehensus inestimabili ordine: atq; inusitato miraculo erga se cunctosq; qui cum eo aderant: omnipotentis dei iram cognovit & gratiam. Nam cum in eorum morte venatorum nimietatibus eleuati fluctus senirent: ex navi clauis perditis: arbor abscisa est: vela inundis proiecta: totumq; vas nauis quasi stum nimis fluctibus: ab omni fuerat vas compage dissolutum. Remis itaq; patentibus intrauit mare: atq; vsq; ad superiores tabulas impleuit nauem: ita vt non tam nauis inter vndas: quam vnde iam intra nauis residentes: non iam ex morte vicina: sed ex ipsa eius presentia ac visione turbati: omnes sibi met pacem dederunt corpus et sanguinem redemptionis acceperunt: deo se singuli commendantes: vt eorum animas benigne susciperet: quorum corpora in tam pauenda morte tradiderat.

Sed omnipotens deus: qui eorum merites mirabiliter tenuit: eorum quoq; vitam mirabilius seruauit. Nam diebus octo: nauis eadem vsq; ad superiores tabulas aquis plena iter proprius peragens enatauit. Mono autem die in Corbrensis castri portu educta est. Ex qua ierunt omnes incolumes qui cum predicto venerabili viro Maximiano nauigabant. Cuius post eos ipse quoq; fuisset egressus: in eiusdem portus profundum nauis demersa est: ac si illis egredientibus prepondera subleuatiōe caruisset: que plena hominibus in pelago aquas portauerat atq; enatauerat: Maximiano cum suis fratribus recedente aquas sine hominibus in portu non valuit portare: vt hinc omnipotens deus ostenderet: quia hanc onustam suam manu tenuerat: que ab hominibus vacua & derelicta sup aquas non potuit manere.

De Sanctulo presbytero: prouincie Bursie: Capitulum. XXXVII.

Hic dies quoq; fere quadraginta vidisti apud me eum: cuius superius memoria feci: venerabilis vite presbyteri Sanctulum nomine: qui ad me ex Bursia prouincia: annis singulis venire consuevit. Sed ex eadem prouincia quidam monachus ante triduum venit: qui grauis nunciij merorem ad me pertulit: quia eundem virum obijisse nunciavit. Huius ergo viri & si non sine gemitu dulcedinis recolo: iam tamen sine formidine illas virtutes: narros: quas a vicinis eius sacerdotibus mira virtute & simplicitate predictis agnouit. Et sicut inter amantes se animos hominum magnum charitatis familiaritas ausum prebet: a me plerumq; ex dulcedine coactus: ipse quoq; de his que egit extrinseca quedam ferri cogebatur.

Quodam namq; tempore hic cum in prelo longobardi oliuam premerent: vt oleum liquari debuisset:

sicut iucundus erat et vultu et animo: vitem vacuam ad prelium detulit laborantesque longo bardos leto vultu salutauit. vitem protulit et iubedo potius quam petedo eum impleri sibi dixit. Sed gentiles viri quia tota iam die frustra laborauerant atque ab oliuis exire oleum torquendo non poterat: verba illius moleste susceperunt eumque iniurijs insectati sunt. quibus vir domini letiori adhuc vultu respondit: dicens. Sic pmetis si istum vtrum Sanctulo impletis et sic a vobis reuertit. Cumque illis ex oliuis oleum defluere non cerneret et virum dei ad implendum vtrum sibi insistere videret: vehementer accensum maioribus hinc verborum contumelijs detestari ceperunt. Vir autem dei videns quod ex prelo oleum nullomodo exiret: aquam sibi dare petijt quam cunctis videtibus benedixit. atque in prelium suis manibus iactauit. Ex qua protinus benedictione tanta virtus olei erupit ut longobardi qui prius diu incautus laborauerat: non solum sua vascula omnia. sed vtrum quoque virum dei detulerat impleret: gratias ageret quod is qui oleum petere venerat: benedicens dedit quod postulabat.

Hic quoque tempore vehementes sibi incubuerat: fames et beati Laurentij martyris ecclesia fuerat a longobardis incensa. Quam virum dei restaurare cupiens artifices multos ac plures submitit strates oparios adhibuit: quibus necesse erat ut quotidiani sumptus laborantibus sine dilatione preberent. sed exigente eiusdem famis necessitate panis defuit: ceperuntque laborantes instanter victum querere quod vires ad laborem per inopiam non haberent. Quam virum dei audiens eos verbis consolabatur foras promittendo quod deerat. Sed ipse grauitur anxiebat intus: exhibere cibum non valens: quem permittebat. Tunc vero huc illucque anxius pergeret: deuenit ad clibanum in quo vicini mulieres pridie panes coxerant. ibique curuatus aspexit ne forte panis coquentibus remansisset. Tunc repente panem mire magnitudinis atque insoliti candoris inuenit: quem quidem tulit. Sed de ferre artifi-

cibus noluit. ne fortasse alienus esset et cuius panis velut ex pietate perperaret. Per vicinas itaque hunc mulieres detulit eumque omnibus ostendit ac ne cui earum remansisset: inquisiuit: omnes autem que pridie panem coxerant. suum hunc esse negauerunt atque panes suos numero integro se a clibanano retulisse professi sunt. Tunc letus virum domini perterritus ad multos artifices cum vno pane et vni omnipotenti deo gratias agerent admonuit: et quia eis annonam prebuerat indicauit eisque ad refectionem protinus inuitatis inuenit panem apposuit. Quibus sufficiens pleneque satietatis plura ex eo quam ipse panis fuerit fragmenta collegit. Que die quoque altero eis ad refectionem intulit. Sed id quod ex fragmentis supererat. Ipsa quoque que appositae fuerant fragmenta supabant. factumque est ut per dies decem omnes illi artifices atque operarij ex illo vno pane satiat. hinc et quotidie ederent et ex eo quotidie quod edi possent: in crastinum quotidie superesset ac si fragmenta panis illius per esum crescerent et cibum comedentium ora ipsorum repararent.

Petrus.

Mira res atque exemplum domini claudis operis vehementer omnibus stupenda.

Gregorius.

Ipsa quod Petre multos de vno pane per seruum qui ex quinque panibus quinque milia hominum satiauit per semetipsum. Qui pauca seminis grana innumera segetum frumenta multiplicat. qui ipsa quoque semina produxit ex terra. et simul omnia creauit ex nihilo. Sed ne diuini mireris quid in virtute domini venerandus vir Sanctulus exterritus fecerit audi ex virtute domini qualis inuenit. Die etenim quadam a longobardis captus quidam dyaconus tenebatur ligatus. cumque ipsi qui tenuerant interficere cogitabant. Alii uel pacem autem die

vir dei Sanctulus ab eisdē longobardis petijt: vt relaxari eius vita cōcedi debuis-
set: quod posse se facere oīno negauerūt.
Tuncq; mortē illius deliberare eos cerno-
ret: petijt: vt sibi ad custodiā tradi debuisset.
Cui p̄tinus responderūt. Tibi quidē
eū ad custodiendū dāmus. Sed ea condi-
tiōe interposita: vt si iste fugerit p̄ eo ipe
moziaris. Quod vir dñi libenter accipit:
ens predictū dyaconē in sua iuscepit fide.
Quē nocte media: cum longobardos omnes
somno graui depressos aspiceret: exci-
tauit dyaconū: & ait: Surge & con-
clutus fuge: liberet te omnipotens deus.
Sed idēz dyaconus promissiois eius nō
inmemor respōdit dicens: Fugere pater
nō possum: quia si ego fugero: pro me sine
dubio ipe mozieris. Quem vir dñi San-
ctulus ad fugiendū compulsi dicens: Sur-
ge et vade: te omnipotens deus eripiat.
Iam ego in manu eius quantū ipse per-
miserit. Fugit itaq; dyaconus & quasi de-
ceptus in medio fideiussor remāsit. Facto
igif mane longobardi qui dyaconū ad cu-
stodiendū dederāt: venerūt: quez dederūt
petierūt. Sed hūc venerandus presbyter
fugisse respōdit: Tunc illi inquit: Scis
ipe melius quid cōuenit? Seruus autem
domini cōstanter ait: Scio. Cui dixerūt:
Bonus homo es: nolumus te per varios
cruciatns mori. Elige tibi mortē quā vis
Quibus vir domini respondit: dicens:
In manu dei sum: ea morte me occidite:
qua me occidi permiserit. Tunc omnibus
qui illic aderant longobardis placuit vt
eum capite trūcare debuissent: quaten⁹ si
ne graui cruciatu vitam eius cōpendiosa
morte terminarēt. Cognito itaq; qđ san-
ctulus qui inter eos sanctitatis reuerētia
magni honoris habebat: occidendus es-
set: om̄s qui in eodē loco inuenti sunt lō-
gobardi cōuenerunt sicut inuenti nimie cru-
delitatis letti ad spectaculū mortis. Circū-
steterūt itaq; acies: vir autē domini dedu-
ctus in medio est: atq; ex omnibus viris
fortib⁹ electus est vn⁹ in dubio ita nō es-
set: quin vno ictu caput eius absinderet

Venerandus igif vir inter armatos dedu-
ctus: ad sua arma statim cucurrit. Iam pe-
tijt vt sibi paululū orandi licentiā darent
Cui dum cōcessum fuisset: se strauit & ora-
uit. Qui dum paulo diutius oraret: hūc
electus interfecto calce pulsauit: vt sur-
geret dicens: Surge & flexogenu decide
ceruicē. Surrexit autē vir domini genu
flexit: cernicem tetendit. Sed tenso collo
eductā cōtra se spatam intuens: hoc vnū
fertur publice dixisse: Sancte Johānes
suscipe illam. Tūc electus carnifex euagi-
natum gladiū tenens: annisu forti in alto
brachiū percussurus lenauit. Sed depo-
nere nullo modo potuit. Iam repēte diri-
guit: & erecto in celū gladio brachiū inflexi-
bile remansit. Tunc om̄s longobardo-
rū turba: que ad illud mortis spectaculū
aderat: in laudis fauore conuersa: mirari
cepit: virūq; dei cū timore venerari: quia
profecto claruerat: cuius sanctitatis effectus
Qui carnificis sui brachiū in aere ligas-
set. Itaq; postulatus vt brachiū sui carni-
ficis sanaret: negauit dicens: Ego pro eo
nullo modo orabo: nisi ante mibi iuramē-
tum dederit: quia cū ista manu christianū
hominē non occidat. Sed longobardus
isdem qui vt ita dicā brachiū contra deuz
perdiderat: pena exigente cōpullsus est in-
rare se xp̄ianū homines nūq; occidere.
Tunc sanct⁹ vir domini precepit dicens:
Depone manū deorsum. Qui statim de-
posuit atq; illico adiūxit. Remitte gladiū
tuū in vaginā: & statim remisit. Om̄s er-
go tante virtutis hominē cognoscentes:
boues & iumēta q̄ depredati fuerāt certa-
tim ei offerre in munere volebāt Sed vir
domini tale munus suscipere rēnuit: mu-
nus autē bonē mercedis questuit dicens:
Si mihi aliquid vultis cōcedere: omnes
capriuos quos habetis mihi tribuite: vt
habeā vnde pro vobis debeā orare. Fas-
ciūq; est & om̄s captiui cū eo dimissi sunt
atq; superna gratia disponente cū se vnus
pro vno mortis obtulit multos a morte li-
berauit.

Petrus.

Quæres & quâvis hanc ab alijs & ipse cognouerim: vere tamen facteoz: quia mihi quoties narratur innouatur.

Gregorius.

In hac re in Sanctulo mireris Sed pensa si potes: quis ille spiritus fuerit qui eius tam simplicem mentem tenuit: atq; in tanto virtutis culmine erexit. Ubi enim eius animus fuit quando mori pro proximo tam constantem decreuit: & pro temporali vita fratris vnus suam desperit: atq; sub gladio cervicem tetendit. Que ergo vis amoris illud cor tenuit quod mortem suam pro vnus salute proximi non expauit. Scimus certe: quia idem venerabilis vir Sanctulus ipsa quoque elementa litterarum bene non nouerat legis precepta nesciebat. Sed quia plenitudo legis est charitas: legem totam in dei ac proximi dilectione seruauit: & quod foris in cognitione non nouerat: et intus iuuabat in amore. Et qui nunquam fortasse legerat: quod de redemptore nostro Iohannes apostolus dixit: Quonia sicut ille pro nobis animam suam posuit: sic & nos debemus pro fratribus animas ponere: tam sublime apostolicum preceptum faciendo magis quam sciendo nouerat. Comparem? si placet cum hac nostra indocta scientia illius doctam ignorantiam. Ubi hec nostra tacet: ibi illius disciplina eminet. Nos de virtutibus vacui loquimur: & quasi iter fructifera arbuta positi adoramus poma: nec manducamus. Ille virtutum fructus carpere nouerat: quamuis hos in verbis adorare nesciebat.

Petrus.

Quid nam queso te: esse existimas boni quicquid subtrahunt: et qui viuere ad edificationem multorum poterant: aut penitus inueniri nequeunt: aut certe tam omnimodo rarefieri.

Gregorius.

Alicia remanentium meretur ut hi qui prodesse poterant festine subtrahantur: & cum mundi finis appropinquat: electi tolluntur: ne deteriora videant. Hinc etenim propheta ait: Iustus perit: & nemo est qui recogitet in corde suo: & viri misericordie colligent: quia non est qui intelligat. Hinc rursum scriptum est. Aperite ut exeat qui conculcet eam: tolle de via lapides. Hinc Salomon ait: Tempus mittendi lapides: & tempus colligendi. Quo igitur finis mundi uigetur: eo necesse est ut uiui lapides ad edificium celeste colligantur: quatenus Hierusalem nostra immanens sue constructionis excrescat. Hec tamen ita omnes electos subtrahi credimus: ut soli in mundo perueri si remaneant: quia nunquam peccatores ad laementum penitentiae redirent: si nulla essent bonorum exempla: que eorum mentem traherent.

De visione Redempti: Serentine urbis Episcopi: Cap. XXXVIII.

Petrus.

In castum subtrahi bonos quæro: quia perire cæteruatim: et malos uideo.

Gregorius.

Ac de re nihil Petre mireris. Nam Redemptum Serentine episcopi: vite venerabilis uirum: qui ante hos ferre annos septem: ex hoc mundo migravit: tua dilectio cognitum habuit. Hic sicut mihi adhuc in monasterio prope positum ualde familiariter iungebatur: hoc quod Iohannis iunioris predecessoris mei tempore de mundi fine cognouerat: sicut longe lateque claruerat a me requisitus: ipse mihi narrabat. Aiebat namque: quia quadam die dum parrochias suas ex more circuiret: peruenit ad ecclesiam Euthicij martyris. Aduersperascete autem dies: stratum sibi fieri iuxta sepulchrum martyris uoluit: atque ibi perlabare quæuit: & nocte media ut assererat: nec perfecte vigilare poterat: nec dormire: sed depressus ut solet grauabat quodam pondere uigilans animus: atque ante

enim isdem beatus martyr Euthiclus assistit dicens: Redēpte vigilas? Cui respondit: Vigilo. Qui ait: Finis venit vniuerse carnis: finis venit vniuerse carnis: finis: venit vniuerse carnis. Postquam trinas voces visio martyris cum omnipotentis dei gratia: que mentis eius oculis apparerebat: euauit. Tunc vir domini surrexit sequens in orationis lamentum dedit. Moyses enim illa terribilia in celum signa secuta sunt: ut haste atque acies ignee ab aquilonis parte viderentur. Moyses effera longobardorum gens de vagina sue habitationis educta in nostram ceruicem crassata est: atque humanum genus quod in hac terra prenumia multitudine quasi spisse segetes more surrexerat: succisum aruit. Nam de populate vrbibus: et euerisa castra: cotremate ecclesie destructe sunt: monasteria virorum ac seminarum desolata: ab hominibus predia atque ab omni cultu destituta: in solitudine vacat terra. Nullus hanc possessor inhabitat: occupauerunt bestie loca que prius multitudo hominum tenebat. Et quid in alijs mundi partibus agatur ignoro. Nam in hac terra in qua nos viuimus: finem suum mundus iam non nunciat: sed ostendit. Tanto ergo nos necesse est instantius eterna querere: quanto a nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. Despicendus a nobis hic mundus fuerat: etiam si blandiretur: si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur: tanta aduersitate fatigatur: tot nobis quotidie dolores ingeminat: quid nobis aliud quam ne diligatur clamat. Multa autem fuerant que adhuc de electorum factis narrare debuissim: sed hec silentio supprimo: quia ad alia festino.

Petrus.

Quia multos intra sancte ecclesie gremio constitutos: de vita anime post mortem carnis perpendo dubitare. Unde queso: ut debeas: vel quare ratione possit agnosci: vel si qua anima

rum exempla animo occurrunt pro multorum edificatione dicere: ut hi qui suspicantur discant cum carne animam non finire.

Gregorius.

Iaboriosum valde hoc opus est: et maxime occupato anto ad alia tendenti. Sed si sunt quibus prodesse valeat: voluntatem meam proculdubio postpono utilitati proximorum: et in quantum deo largiente valero: et anima post carnem viuat: subsequenti hoc quarto volumine demonstrabo.

Explicit liber tertius dialogorum beati Gregorii.

Beati Gregorii pape dialogorum liber quartus: de eternitate animarum: feliciter incipit.

Quod eterna ac spiritalia ideo a carnalibus minus credantur: quia ea que audiunt per experimentum minime nouerunt:

Capitulum I.

Dicitur de paradisi gaudijs culpa exigitur expulsus est primus humani generis pars. In huius cecitatis atque exilij quam patitur venit erumnam quod peccando extra semetipsum suscipit. iam illa celestis patrie gaudia que prius contemplabatur videre non potuit. In paradiso quippe assueverat homo verbis dei perfriui beatorum angelorum spiritibus cordis mundicia: et celestium visionum interesse. Sed postquam hic cecidit ab illo quo implebat mens lumen recessit. Ex cuius videlicet carne nos in huius exilij cecitate nati audimus quidem celestem esse patriam: audimus seipsum esse angelos dei. audimus eorum angelorum socios spiritus iustorum perfectorum. Sed carnales quos illa invisibilia scire non valent per experimentum. dubitant verumne sit quod corporalibus oculis non videtur. Que mirum dubietas in primo parente nostro esse non potuit quam conclusus a paradisi gaudijs hoc quod amiserat que viderat recolebat. Ipsi autem sentire vel recollere audita non possunt. quia eorum nulli sicut ille saltem de preterito experimentum tenent. at si enim pregnans mulier mittatur in carcerem ibique pariat puerum qui natus puer in carcere nutriatur et crescat. cui si forte mater que hic genuit. solē. lunam. stellas. montes et campos. volantes aves. curretes equos nominet. Ille vero qui est in carcere natus et nutritus nihil aliud quam tenebras carceris sciat et hec quidem esse audiat: sed quam per experimentum non novit veraciter esse diffidat. ita in huius exilij sui cecitate nati homines dum esse summa et invisibilia audiunt diffidunt an vera sint quod sola hec infima in quibus nati sunt visibilia noverunt. unde factum est ut ipse visibilium et invisibilium creator ad humani generis redemptionem unigenitus patris veniret et sanctum spiritum ad corda nostra mitteret quatenus per eum visibilitati crederemus que adhuc scire per experimentum non possumus. qui que ergo hunc spiritum hereditatis nostre pignus accepimus de vita invisibilium non dubitamus

Quisquis autem in hac credulitate adhuc solidus non est debet proculdubio maiorum dictis fidem prebere et seque iam per spiritum sanctum invisibilium experimentum habentibus credere quia et stultus est puer si matrem ideo estimet de luce mentiri quia ipse nihil aliud quam tenebras carceris agnovit.

Quod sine fide neque infidelis vivat.

Cap. II.
Petrus.

Dicitur valde quod dicitur. Sed quod esse invisibilia non credit profecto infidelis est. Qui vero in infidelis est in eo quod dubitat fides non querit sed rationem.

Gregorius.

Adienter dico quia sine fide neque infidelis vivit. Nam si ab infideli percunctari voluerit quem patrem vel quam matrem habuerit. prius respondit illum atque illam. Que si statim requiram verum noverit quando conceptus sit vel viderit quando natus. nihil horum se vel nosse vel vidisse fatebitur et tamen quod non vidit credit. Nam illius patrem illamque se habuisse matrem absque dubitatione testabitur.

Quod tres spiritus vitales sint creati

Cap. III.

Petrus.

Dicitur quia nunciusque nescit quod infidelis haberet fidem.

Gregorius.

Habet etiam infideles fidem sed vitam in deum. Quam si vitas haberet infideles non essent. Sed hinc in sua perfidia redarguendi sunt. hinc ad fidei gratiam provocandi quia si de ipso suo visibili corpore credunt quod minime viderunt cur invisibilia non credunt que corporaliter videre non possunt. Nam quod post mortem carnis vivat anima patet ratio sed fidei admixta. Tres quippe vitales spiritus creavit omnipotens deus. unum qui carne non tegitur.

Alium qui carne tegitur sed non cum carne
ne moritur. Tertium que carne tegitur et cum
carne moritur. Spiritus namque est qui carne
non tegitur angelorum. Spiritus qui carne te-
gitur sed cum carne non moritur hominum. Spi-
ritus qui carne tegitur et cum carne moritur iu-
mentorum omniumque brutorum animalium. Ho-
mo itaque sicut in medio creatus est ut esset
inferior angelo superior iumento. ita ali-
quid habet commune cum summo. aliquid com-
mune cum infimo: immortalitate scilicet spiritus cum
angelo. mortalitate vero carnis cum iu-
mento quousque et ipsam mortalitatez car-
nis gloria resurrectionis absorberebat. et in-
heredo spiritui caro seruetur impetui: quia
et ipse spiritus inheredo seruetur in deum. Que
tamē caro nec in reprobis inter supplicia
perfecte deficit: quia semper deficiendo subsi-
sit ut qui spiritu et carne peccauerunt: semper
essentialiter viuētes et carne et spiritu sine
fine moriantur.

De eo quod Salomon dicit:
Dixi in corde meo de filiis homi-
num ut probaret eos deus et ostē-
deret similes esse bestiis: idcirco
vnus interitus est hominis et iumentorum
et equa vtriusque conditio.

Cap. iiii.

Petrus.

Rationi fidelium placet cuncta que
dicit. Sed queso te dum spiritus
hominum atque iumentorum tanta
distinctione discernas. Quid
est quod Salomon ait. Dixi in corde meo de
filiis hominum ut probaret eos deus et ostē-
deret similes esse bestiis. idcirco vnus interitus
est hominis et iumentorum et equa vtriusque
conditio. Qui adhuc eandem sententiam suam sub-
tiliter exequens adiungit. Sicut moritur homo
sic et illa moriuntur. Similiter spirant omnia et ni-
hil est hominum amplius. Quibus adhuc ver-
bis generalē diffinitionem subiungit: dicens.
Lucta subiaccet vanitati et omnia pergunt ad
vnum locum. De terra facta sunt et in terram

pariter reuertuntur.

Gregorius.

Almonis liber in quo hec scripta
sunt ecclesiastes appellatur. Eccle-
siastes autem proprie cocionator dicitur
et cocione vero sententia permittitur per quam tumultuosa turbe seditio comprimatur et cum multi
diuersa sentiunt. per cocionantis rationem ad
vnam sententiam perducuntur. Hic igitur liber
idcirco cocionator dicitur quia Salomon de eo
quasi tumultuantis turbe suscepit sensum
ut ea per inquisitiones dicat. que fortasse
per temptationem imperita mens sentiat.
Nam quod sententias quasi per inquisi-
tionem mouet. quasi tot in se personas diuer-
sorum suscipit. Sed cocionator verax ve-
lut extensa manu omnium tumultus sedat
eosque ad vnam sententiam reuocat. cum in
eiusdem libri termino ait. Finem loquen-
di omnes pariter audiamus. Deum time et
mandata eius obserua. Hoc est enim omnis ho-
mo. Si enim in libro eodem per locutionem
suam multorum personas non susceperat cur
ad audiendum loquendi finem secum pariter
omnes admonebat. Qui igitur in fine li-
bri dicit omnes pariter audiamus. ipse se
ibi testis est. quia in se multorum personas
suscipiens quasi solus locutus non est. An-
de et alia sunt que in libro eodem per in-
quisitionem mouentur atque alia per rationem
satisfaciunt alia que ex temptatione profertur
animo atque adhuc huius mundi delectationibus
dediti. alia vero in quibus ea que ratio-
nis sunt differat atque animum a delecta-
tione cōpescat. Ibi namque ait. hoc itaque mi-
hi visum est. bonum ut cedat quis et bibat
et fruatur leticia ex labore suo. et longe in-
ferius subiungit. Melius est ire ad domum
luctus quam ad domum conuiuij. Sic enim
bonum est māducare. et bibere melius suis-
se videbat ad domum conuiuij pergere quam
ad domum luctus. Ex qua re ostenditur: quod
illud ex infirmantium persona intulit. hoc
vero ex rationis diffinitione subiunxit.
Nam ipsas pertinet rationis causas edis-
serit: et illius luctus que sit utilitas osten-
dit: dicens. In illa enim finis cunctorum ad-

monet hominum: et viuens homo cogitat quid futurus sit. Rursum illic scriptum est. Letare iuuentis in adolescentia tua: et paulo post subdit. Adolescentia enim et voluptas vana sunt. Qui dum hoc postmodum vanus esse redarguit: quod prius monuisse videbatur: patenter indicat: quia illa quasi ex desiderio carnali verba intulit: hec vero ex iudicio veritatis subiunxit. Sicut ergo delectationem prius carnalium exprimens: curis postpositis denunciat bonum esse manducare et bibere: quod tamen postmodum ex iudicij ratione reprehendit cum esse melius dicit: ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij: et sicut letari debere iuuenem in adolescentia sua quasi ex deliberatione carnalium proponit: et tamen postmodum per diffinitionem sententiae adolescentiam et voluptatem vana esse redarguit: ita etiam precationis noster velut ex mente infirmantium humane suspirio sententiam proponit dum dicit. Unum interitus est hominis et iumentorum: et equa vtriusque est conditio. Sicut mortis homo: sicut et illa moriuntur. Similiter spirant omnia: et nihil habet homo iumentis amplius. Qui tamen ex diffinitione rationis suae postmodum sententiam profert dicens. Quid habet amplius sapiens stulto: et quid pauper: nisi ut pergat illuc ubi est vita? Qui igitur dixit. Nil habet homo iumentis amplius. Ipse rursus diffinit: quia habet aliquid sapiens non solum amplius a iumento: sed etiam ab homine stulto: videlicet: ut pergat illuc ubi est vita. Quibus verbis primum indicat: quia hic hominum vita non est quam esse alibi testat. Habet ergo hoc homo amplius iumentis: quia illa post mortem non viuunt: hic vero tunc viuere inchoat cum per mortem carnis hanc visibilem vitam consumat: qui etiam longe inferius dicit. Quodcumque potest manus tua facere: instanter operare: quia nec opus nec ratio: nec scientia: nec sapientia erit apud inferos quo tu properas. Quomodo ergo vnus interitus est hominis et iumentis et equa vtriusque conditio? Aut quomodo nil habet homo iumentis amplius: cum iumenta post mortem carnis non viuunt. Homini vero spiritus per ualida suis organibus post mortem car-

nis ad inferos deducti: nec in ipsa morte moriunt. Sed in vtraque tam dispari sententia demonstrat: quia concionator verax est: et illud ex tentatione carnali intulit: et hoc postmodum ex spiritali veritate diffinit.

Petrus.

Ibet nescisse quod requisitum dux me in tanta subtilitate contigit discere quod nesciui. Sed queso te ut me equanimiter feras: si ipse quod apud te more ecclesiales nostri infirmantium in me personam suscepero: ut eisdem infirmantibus prodesse propinquius quasi pro eorum inquisitione possim.

Gregorius.

Concedentem te infirmitati proximorum equanimiter non feram cum Paulus dicat omnibus omnia factus sum: ut omnes facerem saluos. Quod ipse quoque dum ex condescensione charitatis eger: in hac re amplius venerari debes: in qua more egregij predicatoris imitaris.

De anime inuisibili egressione Capitulum. V.

Petrus.

Quodam fratre moriente presentem fuisset me contigit. Qui repente dum loqueretur vitalem emisit flatum: quem prius mecum loquentem videram subito extinctum vidi. Sed eius anima vitrum egressa sit an non: non vidi et valde durum videtur ut crederet res esse quam nullus valeat videre.

Gregorius.

Quid mirum Petre si egredientem animam non vidisti: quam et manentem in corpore non vides. Numquid nam modo cum mecum loqueris: quia videre in me non vales animam meam. Accirco me esse exanimem credis. Natura quippe anime inuisibilis est: atque ita ex corpore inuisibiliter egreditur: sicut in corpore inuisibiliter manet.

Petrus.

Ed vitam anime in corpore manentis pensare possum ex ipsis motibus corporis: quia nisi corporis anima adesset: eiusdem membra corporis mouer-

ri nō possent: vitā vero anime post carnē quibus motibus quibusue operibus vitatur dicas: vt ex rebus visis esse colligam: qđ videre non possum.

Gregorius.

An quidē similiter: sed dissimiliter dico: quia sicut vis ante viuificat: et mouet corpus: sic vis diuina implet: que creauit omnia: et alia inspirando viuificat: alijs tribuit vt viuant: alijs vero hoc solummodo prestat vt sint. Quia vero esse non dubitas creantē et regentē: implentē et circūplectentē: transcendentē et sustinentē: in circūscriptū atq; inuisibilem deū: ita dubitare nō debes hūc inuisibilia obsequia habere. Debēt quippe ea: que ministrant ad eius similitudinē tendere: cui ministrāt: vt que inuisibili seruiūt: esse inuisibilia nō dubitent. Hec autē que esse credimus nisi sanctos angelos et spiritus iustoz. Sicut ergo motū cōsiderans corporis vitā anime manētis in corpe perpēdis animo: ita vitā anime exeūtis a corpore perpēdere debes a summo: quia potest inuisibiliter viuere quā oportet in obsequio inuisibilis cōditoris manere.

Petrus.

Recte totū dicitur: sed mens refugit credere: quod corporis oculis non valet videre.

Gregorius.

Cum Paulus dicat: est enī fides sperandarū substantia rerū argumētū non apparentū: hoc veraciter dicit credi: quod non valet videri: na et credi iam non potest: quod videri potest: vt tamē te breuiter reducā a te nulla visibilia nisi per inuisibilia vident. Ecce enī cūcta corporea oculus tuus corpis aspicit: nec tamē ipse corporeus oculus aliqđ corporeū videret: nisi hūc res incorporea ad videntū acueret. Itā tolle mentē que nō videt: incassum patet oculus: qđ videbat. Subtrahē animā corpore: remanent proculdubio oculi in corpore aperti. Si igit per se videbāt: cur discedēte anima nihil vident? Hinc ergo collige: quia ipa quoq;

visibilia nō nisi per inuisibilia videntur. Adonamus quoq; ante oculos mētis edificari domū: immētas moles leuari: pendere magnas in machinis colūnas: quis queso te hoc opus operat: corpus visibile qđ illas moles manibus trahit: an inuisibilis anima que viuificat corpus? tolle enī qđ non videt in corpore: et mox in mobilia remanent cūcta que moueri videbant visibilia corpora metalloz. Quia ex re pensandū est: quia in hoc quoq; mūdo. nihil visibile nisi per creaturā inuisibilem disponi potest: nā sicut opus deus aspirādo vel implēdo ea qđ rōne subsistūt: et viuificat et mouet inuisibilia: sic ipa inuisibilia implēdo mouēt atq; sensificāt carnalia corpora qđ vidēt.

Sicut vita anime manentis in corpore deprehenditur ex motu membrorum: sic vita anime post corpus in sanctis pensanda est ex virtute miraculorum:

Capitulū. VI. Petrus.

Istis fateor allegatiōibus libenter vici: ppe nulla iā esse hec visibilia existimare cōpello: qđ prius in me infirmantū psonā suscipiens: de inuisibilib; dubitabā itaq; placēt cūcta que dicis: sed tū sicut vitā aie in corpore manētis ex motu corpis agnosco: ita vitā aie post corpus apertis quibusdā rebus arte statibus cognoscere cupio.

Gregorius.

Hac in re si cor paratū tue dilectionis inuenio in allegatiōe mime laboro. Nunqđ nā sancti apli et martyres xpi pntem vitā despicerēt: et in mortē carnis aīas ponerēt: nisi certiorē aīaz vitā subsequē scirēt. Tu vero inq;es: qđ vitā aie in corpore manētis ex motib; corpis agnoscis: et ecce hi qđ aīas in mortē posuerūt atq; aīaz vitā post mortē carnis eē crediti derūt qđ dantis miracul; eborsicāt. Ad ex ticta nāq; eoz corpora viuētes egri veniūt: sanāt: pluri veniūt et dēonio verā: dēoni ac veniūt et liberāt: leprosi veniūt et mū;

danē: deserunt mortui ⁊ suscitant. Pen-
sa itaq; eorū ante qualiter viuūt: illic ubi
uiuūt: quorū hic ⁊ mortua corpora in tot
miraculis viuūt. Si igit̄ vitā anime pers-
manentis in corpore deprehēdis ex motu
membroꝝ: cur non perpēdis vitā anime:
post corpus etiā per ossa mortua in virtu-
te miraculoꝝum.

Petrus.

Nulla vtopino: huic allegatiōi ra-
tio obsistit: in qua ex rebus visibi-
libus cogimur credere quod non
videmus.

De egressibus animarum:

Capitulū. VII.

Gregorius.

Auto superius questus es mo-
rientis cuiusdam egredientē te
animā non vidisse: sed hoc ip̄m
iā culpe fuit: qđ corporeis ocu-
lis rē videre inuisibile questisti. Itā multi
vestroꝝ mentis oculos: fide pura ⁊ vberi-
oratiōe mūdātes: egredientes e carne ani-
mas frequēter vident. Unde nūc mihi ne-
cesse est: vel qualiter egredientes anime vi-
se sint: vel quāta ipse: dñs egredientē vide-
rēt: enarrare: quaten⁹ fluctuātī animo qđ
plene ratio nō valet: exempla suadēt. In
secūdo namq; hui⁹ operis libro iam presā-
tus sum: qđ venerabilis Benedict⁹: sicut
a fidelibus eius discipulis audiuit: longe
a Capuana posit⁹ Germani eiusdē vrbis
epi animā nocte media in globo igneo ad
celū ferri ab angel⁹ asperit. Qui eandē qđ
ascendentē animā intuens mentis laxato
sinu quasi sub vno solis radio cūctū in sus-
sis oculis collectū mundū vidit.

De egressu anime Specio-

si monachi: Cap. VIII.

Aidē qđ discipulis illius narrā-
tibus didici: qđ duo nobiles vi-
ri: a p̄ exteriorib⁹ studijs eru-
diti: geminā fratres quorū vn⁹
Speciosus: alter vero Gregori⁹ dicebat
eius se regule in sancta cōuersatiōe tradi-

derūt: quos isdē pater in monasterio: qđ
iuxta Terracinēsem urbē cōstruxerat: ses-
cit habitare. Qui multas quidē pecuni-
as in hoc mūdo possederāt: sed cūcta pau-
peribus usq; p̄ aīarū suarū redemptiōe largiti
sūt: ⁊ in eodē monasterio permāserūt: quo-
rū vnus scđ Speciosus dñi p̄ vilitate mo-
nasterij iuxta Capuanā urbē missus fuit:
set: ole quadā frater eius Gregorius cum
fratribus ad mēsam sedens: atq; quescēs
per spiritū subleuat⁹ asperit: ⁊ vidit Spe-
ciosi germani sui animā tā longe a se posi-
ti de corpore exire: qđ mox fratribus indica-
uit: ⁊ cucurrit iāq; eundē fratrem suū sepul-
tū repperit: quē tamen ea hora qua vide-
rat: exisset de corpore inuenit.

De anima cuiusdam inclusi:

Capitulum. IX.

Et idā religiosus atq; fideliss-
mus vir: ad huc mihi in mona-
stio posito narravit: qđ aliqui
de Siciliē partib⁹ nauigio Ro-
ma petentes: in mari medio positi cuiusdā
serui dei: qui in Samnio fuerat inclusus
ad celū ferri animā viderūt. Qui descen-
tes ad terrā causamq; an ita esset acta per-
scrutātes: illo die inuenerūt obijisse dei fa-
mulū quo eū ad celestia regna ascendisse
cognouerūt.

De egressu anime Spei ab- batis: Capitulum. X.

Hunc in monasterio meo posi-
tus cuiusdā valde venerabilis
viri relatiōe cognoui qđ dico.
Aiebat enī qđ venerabilis pa-
ter noīe Spes monasteriū cōstruxit in lo-
co. Cui vocabulū Cāple est: qui sexti ser-
me millarij interiacente spacio a vetusta
Mursie urbe disiungit. Hunc oīpotens ⁊
misericors deus ab eterno verberē flagel-
lando p̄terit: eiq; dispensatiōis sue maxi-
mā ⁊ seueritatē seruauit: ⁊ gratiā quantū
eū prius flagellando diligeret: postmodū
p̄fecte sanādo mōstrauit. Eius nāq; ocu-
los per .xl. annorū spaciū p̄tinuē cecitatis
tenebris pressit: nullū ei lumen vel extres

me visionis aperies. Sed quia nemo in verberare illius gratia destitute subsistit: et nisi illi deus misericors pater qui penam rogata patientiam prestat: mox per impatientiam peccatum nobis ipsa auget correptio peccatorum: fitque modo miserabilis ut culpa nostra: unde sperare debuit terminum: inde sumat augmentum. Recirco nostra deus infirma respiciens flagellis suis custodia permisit: atque in percussione sua electis filiis nunc misericorditer iustus est: ut sint quibus postea debeat iuste misereri. Unde venerabilis, se nempe dum exterioribus tenebris premeret interna nunquam luce destituit. Qui cum flagello fatigare corpus: habebat per sancti spiritus custodia consolatione cordis. Eum vero iam anni xl. fuisset in cecitate ipse expleti: et dominus lumen reddidit: et vicinum suum obitum denunciavit: atque ut monasterium circumquaque constructis verbis vite predicaret: admonuit: quatenus corpus recepto lumine visitatis in circuitu fratrum cordis lumen aperiret. Qui statim iussis obtemperans fratrum cenobia circuit: mandata vite: que agendo didicerat: predicavit. Quotidie mox igitur die ad monasterium suum peracta predicatio reuersus est: sibi quoque fratribus uocatis assens in medio sacramentum uinici corporis et sanguis sumpsit: moxque cum eis mysticos psalmodiarum cantus exorsus est. Qui illis psallentibus orationi interius animam reddidit. Sedes vero fratres qui aderant ex ore eius exisse columbam viderunt: que mox apertecto oratorio egressa, aspicientibus fratribus penetravit celum. Cuius iccirco animam in colube specie apparuisse credendum est: ut opus deus ex hac ipsa specie ostenderet quod simplici corde ei vir ille seruisset.

De egressu anime presbyteri Mursie puincie: Cap. XI.

Ed neque hoc sileam quod vir venerabilis abbas Stephanus: qui non longe ante hoc in hac urbe defunctus est: quem ipse etiam bene nosti: in eadem puincia Mursie corrigisse referebat: Diebat enim quod illic presbyter quidam commissam sibi cum magno timore domini reges

bat ecclesiam. Qui ex parte ordinatiois accepte presbyteram suam ut torore diligens: sed quasi hostem cauens: ad se propius accedere non quod sinebar: etiam sibi metum propinquare nulla occasione permittens ab ea sibi communionem funditus familiaritatis absciderat. Habebat quippe sancti viri hoc proprium. Nam ut semper illicitis longe sint a se: plerumque etiam licita abscindunt. Unde istud virum ne unquam per eam incurreret culpam: sibi etiam ministrari per illam recusabat necessaria. Hic ergo venerabilis presbyter cum longam impleret vite etatem: anno quadragesimo ordinatiois sue in ardente grauitate febre correptus: ad extrema deductus est. Sed cum eum presbyter a sua aspiceret solutus iam membris quasi in morte distentis sum: si quod adhuc ei vitale spiritamen adesset: naribus eius apposita curauit aure ut noscere: quod ille sentiens cui tenuissimus inerat status: quantum annisu valuit ut loqui potuisset: inferuente spiritu collegit vocem atque erupit dicens: Recede a me mulier adhuc igniculus vivit: paleam tolle. Illa igitur recedente: crescente virtute corporis cum magna cepit leticia clamare dicens: Beneueniat domini mei: beneueniat domini mei. Quid ad tantillum seruulum vestrum estis dignati conuenire? Venio venio: gratias ago: gratias ago. Cum hoc iterata crebro voce repeteret: quibus hoc diceret: non sui: qui illum circumsteterant: requirebant. Quibus ille admirando respondit dicens: Numquid conuenisse hic sanctos apostolos non videtis beatum Petrum et Paulum primos apostolorum non aspiciatis? Ad quos iterum conuersus dicebat: Ecce venio: ecce venio: atque inter hec verba animam reddidit. Et quod veraciter sequendo testatus est. Quod plerumque corrigi iustus: ut in morte sua sanctorum precedentium visum deus aspiciat ne ipsam mortis sue penalentiam sententiam perstimescat: sed dum eorum menti internorum cuius societas ostendit: a carnis sui copula sine doloris et fortitudinis fatigatione soluantur.

**De anima probi Keatine vr-
bis episcopi. Cap. XII.**

Quia dicitur neque hoc sileat quod probus omnipotentis dei famulus qui nunc in hac urbe monasterio prelo est quod appellatur Keatus: de probro patruo suo Keatine civitatis episcopo mihi narrare consuevit: dicens: quod proquin- quate vite eius termino cum grauissima de- pressit egritudo. Cuius pater nomine Maximus pueris circūquaque transmissis colligere me- dicos studuit: si fortasse eius molestie sub- uenire potuisset. Sed congregati ex vici- nis locis vndique medici: ad tactum vene- re: denunciauerunt ei quod exitum citius affuturus. Sed cum iam tempus refectionis incuberet: atque diei hora tardior excreuisset. Venerandus episcopus de illorum potestate quod de sua salute sollicitus: eos qui aderam admonuit cum sene patre in superioribus episcopi sui partibus ascende- re: seque post laborem rursus reparare. Quis igitur ascenderit domum: vnde ei tantummodo puulus relictus est puer. quem nunc quoque predictus probus asserit superesse. Qui dum lecto iacentis assisteret: subito aspexit intrantes ad virum dei quosdam viros stolis candidis amictos: qui eundem quoque candorem vestium vultuum suorum luce vince- bant. Quia splendoris etiam claritate percussus: quam illi deessent emissam cepit voce clamare. Quia voce etiam probus episcopus commotus intrantes eos aspexit et cognouit: atque eundem stridentem vagientemque puerum consolari cepit: dicens. Noli timere: quia ad me sanctus Iuuenalis et sanctus Eleutherius martyres venerunt. Ille autem tante visionis nouitate non ferens: cursu concito extra fores fugit: atque eos quos viderat patri ac medicis nunciauit. Qui concite descenderunt: sed egrum quem reliquerant iam defunctum inuenerunt: quod illi eum secum tulerant: quorum visionem puer ferre non potuit qui ibi remansit.

**De transitu Galle Jancille dei
Cap. XIII.**

Interea neque silendum arbitror quod mihi personarum grauium atque fidelium est relatione compertum Gotthorū. namque temporibus Sal- la huius urbis nobilissima puella Sima- chi ac Patrii filia intra adolescentie tem- pore marito tradita: in vnius anni spacio eius est morte viduata. Quam dum seruente mundi copia ad iterandum thalamum et opes et etas vocarent: elegit magis spiri- talibus nuptiis copulari deo: in quibus a luctu incipitur: sed ad gaudia eterna peruenitur: quod carnalibus nuptiis subijci: quod a leticia semper incipiunt et ad finem cum luctu tendunt. Huic autem cum valde ignea conspersio corporis inesset: ceperunt medici dicere quia nisi ad amplexus viriles rediret: calore nimio contra naturam barbas esset habitura quod itaque post factum est. Sed sancta mulier nihil exterius defor- mitatis timuit que interius spiritus celestis speciem amauit. Hec veritas est si hoc in illa sedaretur quod a celesti sponso in ea non amaretur. Mox ergo ut eius maritus de- functus est: abiecto seculari habitu ad om- nipotentis dei seruitium se apud beati Petri apostoli ecclesiam monasterio tradidit: ibique multis annis simplicitati cordis atque orationi dedita: larga indigentibus elemosinarum opera impendit. Cuius omnipotens deus perhennem iam mercedem red- dere eius laboribus decreuisset: cancri vl- cere in mamilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum eius duo can- delabra lucere consueuerant quia videlicet cet amica lucis: non solum spirituales: sed etiam corporales tenebras odio habebat. Que dum nocte quadam ex hac eadem iace- ret infirmitate fatigata: vidit beati Petrum apostolum inter utraque candelabra ante suum lectum constitisse. Hec perterrita timuit: sed ex amore sumens audaciam exul- tauit ei que dixit. Quid est domine mihi vis- missa sunt mihi peccata mea? Cui ille: be- nissimum ut est vultus: inclinato capite an- nuuit: dicens dimissa veni. Sed quia que- dam sanctimonialis feminam in eodem mo-

nafterio p̄ ceteris diligebat. illico Salla subiunxit. Rogo vt soror benedicta mecum veniat. Cui ille respondit. Non: sed illa talis veniat tecum. hec vero quā petis die te erit tricesimo secutura. His igitur expletis visio apostoli assistentis et colloquentis ei ablata est. At illa protinus cuncte congregationis ascium matrem eius quid viderit: quid dicitur: indicavit. Tertio autem die cum ea: que iussa fuerat: sorore defuncta est. Illa vero: quā ipsa poposcerat: die est tricesimo subsequuta. Ad factum nuncius in eodem monasterio manet memorabile. Sicque hoc a precedentibus matribus traditū: narrare illic solent subtiliter iuniores: que tūc sunt sanctimonialia virgines ac si illo in tempore huic tam grandi miraculo et ipse affuissent.

De transitu Seruuli paralytici.

Cap. XIII.

Sed inter hec sciendum est quia sepe animabus exeuntibus electorum dulces solent laudes celestes erumpere vt dum illam libenter audiunt: dissolutiones carnis ab anima sentire minime permittant. Unde in omelias quoque euangelij iam narraſſe me memini quod in ea portio: que euntibus ad ecclesiam beati Clementis est peruia. fuit quidam Seruulus nomine cuius te quoque non ambigo meminisse. Qui quidem pauper rebus sed meritis diues erat quem longa egritudo diſſoluerat. Nam ex quo illum ſcire potuimus vsque ad finem vite paralyticus iacebat. Quid dicas quia stare non poterat: qui nunquam in lecto surge- re vel ad ſedendum valebat. Nunquam manus ſua ad eos duceres: nunquam se potuit in aliud latus declinare. Nihil ad ſeruendum mater cum fratre aderat. et quicquid ex ele- moſina potuiſſet accipere: hoc eorum manibus paupibus erogabat. Nequaquam litteras no- uerat sed ſcripture ſacre ſibi met codices emerat: et religioſos quoſque in hoſpitalita- te ſuſcipiens: hos coram ſe ſtudioſe legere fa-

ciebat. Factusque est vt iuxta modum ſuum ple- ne ſacram ſcripturam diſceret cum ſicut dixi lic- teras funditus ignoraret. Studebat ſem- per in dolore gratias agere: hymnis deo et laudibus. diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus eſſet vt tanta elus patientia re- munerari debuiffet: membroꝝ dolor ad vitia redijt. Quis iam morti ſe proximis agnouiffet: peregrinos viros atque in hoſpi- talitate ſuſceptos admonuit vt ſurgeret et psalmos cum eo pro expectatione ſuam exitus decantarent. Quis cum eis et ipſe moriens psalleret voces psallentium repente compe- ſcuit cum terrore magni clamoris: dicens.

Tacete nunquid non auditis quante reso- nent laudes in celo. Et dum ad easdem lau- des quas intus audierat: aure cordis intē- derat. Sancta illa antea carne ſoluta est.

Qua ſecus exeunte tanta illic fragrantia odo- ris aſperſa eſt: vt omnis qui illic aderant inestimabili ſuauitate replerent. ita vt pro hoc patenter cognosceret. quod ea laudibus in celo ſuſcepiſſent. Cui rei monachus noſter interfuit qui nunciusque viuit et cum mag- no ſpectu atteſtari ſolet quia quousque corpore eius ſepulture traderent: ab eorum naribus odoris fragrantia non reſceſſit.

De transitu Romule ancille dei.

Cap. XV.

In eisdem quoque omelias rem narraſſe me recolo. Quam Specioſus corpore ſeruus meus qui hanc nouerat: me narrante atteſta- tus eſt.

Quamquam tempore quo monasterium petiſſamus quedam Redempta nomine in ſanctimoniali habitu conſtituta: in vrbe hac iuxta beate marie ſemp virginis eccleſiam manebat. Hec illius diſcipula Erudinis fuerat. que magnis virtutibus pollens: ſuper preneſtinos mores vitam heremiticam duxiſſe ſerebat. Huic autem Redempte due in eodem habitu diſcipule fuerat vna nomine Romula et altera que nunc ſuſcepit. quam quidem facie ſcio ſed nomine nescio. Tres itaque hec in vno bitaculo com-

Hic rerũ Petre imaginibus pensant merita causarũ. Per pontez quippe ad amena loca transire lutos asperit: quia angusta valde est semita que ducit ad vitã. Et fetentẽ fluuiũ decurrentẽ vidit: quia ad yma quotidie defluxit carnaliũ hic putredo victorum. Et quorundã habitacula a fetoris nebula tangebant: et quorundã vero ab ea tangi nõ poterãt. Quia sunt pleriq; qui multa laud bona opera faciũt: sed tamen adhuc carnalibus vicijs in cogitatiõe delectatiõe tangunt: et iustũ valde est: vt illic nebula fetoris obsiderat: quos hic adhuc carnis fetoz delectat. Unde et eandẽ delectatiõnẽ carnis esse beatus Job in fetore cõspiciens: de luxurioso ac lubrico sententiam protulit dicens: Dulcedo illius vermĩs:

Qui autē perfecte cor ab omni delectatio-
ne carnis excutiūt constat nimirū: qz eoz
habitacula fetoris nebula nō tangunt. Et
notandū qz isdem fetoz esse r nebula visa
st: qz nimirū carnalis dilectatio mentē:
quā inficit: obscurat: vt veri luminis cla-
ritatē non videat: sed vnde delectat inse-
rius: inde caliginē supernā patiat.

Petrus.

Ad Petrus ne in hac auctoritate sa-
cri eloquij posse mōstrari: vt cul-
pe carnaliū fetoris pena puniant.

Gregorius.

Ad Petrus nāqz libro Beneficōs atte-
stante dicim⁹: quia super Sodo-
mitas dom in⁹ ignem et sulphur
pluit: vt eos r ignis incederet: r fetoz sul-
phuris necaret. Quia em̄ amozē illicito
corruptibilis carnis arserāt: simul in cēdio
r fetozē perierūt: quaten⁹ imperia sua co-
gnoscerēt: quia eterne moztis fetoris suis
delectatiōe tradidissent.

Petrus.

Ad Petrus quib⁹ dubius sul pibil m̄s
bi fateoz questionis remansisse.

Ad quorundā anime adhuc
in corpe posite: penale aliquid
de spiritalibus vident: Et de
Theodoro puero:

Capitulum. XXXVI.

Gregorius.

Ad Petrus sciendū quoqz est: quia nonnū
qz anime adhuc in suis corpori-
bus posite penale aliqd de spi-
ritalib⁹ vidēt. Qz tamen qui
busdā ad edificatiōē suā: quibusdā vero
cōtingere ad edificatiōē audientū solet.
Itā is de quo in omeljis corā populo me
narrasse iā memi inquietus valde Theo-
dorus nomie puer fuit: qui in monasteriū
meū fratē suū necessitate magis qz volū-
tate secutus est. Cui nimirū graue erat: si
quē p salute sua aliqd loqueret. Bona

em non solū faceres: sed etiā audire nō po-
terat: nunqz se ad sancte cōuersatiōis ha-
bitū venire iurādo: irascēdo: veridēdo: te
stabat. In hac autē pestilētia: que nup bus-
lus vrbis populū magna ex parte cōsum-
psit: percussus in iguine est perductus ad
moztē. Cūqz extremū spiritū ageret: cōue-
nerūt fratres vt egressū illius orādo pre-
gerent. Jam corp⁹ eius ab extrema parte
erat primortuū in solo tantū pectore vita-
lis adhuc calor anhelabat. Cūcti autē fra-
tres tāto p eo ceperūt enitrius orare quā-
to est iam videbāt sub celeritate discedere.
Tū repente cepit isdē fratrib⁹ assistenti-
bus clamare: r cū magnis vocib⁹ oratio-
nes eoz interrūpere dicēs: Recedite ecce
draconi ad deuorandū datus sum: qui p
pter vestrā presentia deuozare me nō po-
test: caput meū iā in suo ore abso-
buit: va-
te locū vt nō me amplius cruciet: sed fact-
at qd factū est. Si ei ad deuorandū da-
tus sum: quare ppter vos moras patior?
Tunc fratres ceperūt ei dicere: Quid est
qd loqueris frater? Signū sancte crucis
imprime. Respondit ille dicens: Solo me
signare: sed nō possum: quia squamis hu-
ius draconis pmoz. Cūqz hoc fr atres aus-
dirēt: pstrati in terrā cū lachrymis cepe-
rūt pro ereptiōe illius vehemētius orare
r ecce subito cepit eger clamare: dicens:
Gratias deo: ecce draco: qui me ad deuor-
randū acceperat: fugit: oratiōibus vestris
expulsus stare nō potuit. Pro peccatis
modo intercedite: qz cōuerti paratus suz
r secularē vitā funditus relinquere. Mo-
mo ergo qui sicut iā dictū est: ab extrema
corpis parte fuerat primortu⁹: reseruatul
ad vitā toto corde ad deū cōuersus est: et
postqz mutatus mēte diu est: flagellis as-
tritus: r tūc eius aīa carne soluta est.

**De morte Trisonij: et mona-
chi cuiusdam Iconij:**

Capitulum. XXXVII.

Ad Petrus cōtra Trisonius: sicut pto-
bus ppinquē illi: cuius iam
superius memoriā feci: narra

re consuevit. Vir in hoc mundo valde idoneus fuit: sed tantum plenus vicis: quantum rebus superbia tumidus: carnis sue voluptatibus subditus: in acquirendis rebus auaricie facibus accensus. Sed cum tot malis dominus sine ponere decreuisset corporali hinc molestia percussit. Qui ad extremum veniens: eadem hora: qua iam de corpore erat exiturus: apertis oculis vidit deterrimos et nigerrimos spiritus coram se assistere et vehementer imminere: ut ad inferni claustra eum raperent. Cepit tremere: pallescere: sudare: et magnis vocibus inducias petere: filium suum nomine Maximum: quem ipse iam monachus monachum vidit: nimis turbatus vocibus vocare dicens: Maxime curre: nunc tibi aliquid mali feci: in fide tua me suscipe. Turbatus mox Maximus affuit: lugens ac perstrepens familia conuenit. eos autem quos ille insistentes sibi grauius tollerabat: ipsi malignos spiritus videre non poterat: sed edem presentia in confusione: et pallorem tremore illius: qui trahere videbatur. Pauore autem terre cogitationis hinc illucque vertebatur in lecto: iacebat in sinistro latere: aspectum eorum ferre non poterat: vertebatur ad parietem ibi aderat. Cumque constrictus nimis relaxari se iam posse desperaret: cepit magnis vocibus clamare. Inducias vel usque mane. Sed cum hec clamaret in ipsis vocibus de habitaculo sue carnis euulsus est. De quo nimirum constat quia pro nobis ista: non pro se viderit ut eius visio nobis proficiat: quos adhuc diuina patientia longanimitate expectat. Nam illi tetros spiritus ante mortem vidisset: et inducias petiisset: quid profuit: qui eandem inducias: quas petiit: non accepit. Est etiam nunc apud nos Athanasius ex Mauria presbyter: qui in diebus suis yconij rem terribilem narrat euenisse. Ibi namque ut ait quoddam monasterium Thongolathon dicitur: in quo quidam monachus magne estimatiōis habebatur: bonis quippe cernebat moribus atque in omni sua actione compositus. Sed sicur ex sine res patuit: longe aliter quam apparebat: fuit. Nam cum ieiunare se cum fratri-

bus demonstraret: occulte manducare consueuerat. Quod eius vicis fratres omnino nesciebant. Sed corporis superueniente molestia ad vite extrema perductus est. Qui cum iam esset in fine fratres ad se omnes: qui monasterio inerant: congregari fecit. At illi: a tali ut putabatur viro moriente: magnam quid ac delectabile se ab eo audire crederent: quibus ipse afflictus et tremens compulsus est prodere: cui hosti traditus cogebar exire. Nam dixit: Quamdo me vobiscum ieiunare credebatis: occulte comedebam: et ecce nunc ad deuorandum draconi traditus sum. Qui cauda sua meam genua pedesque colligauit: caput suum intra meum os mittens spiritum meum ebibens extrahit. Quibus dictis statim defunctus est: atque ut penitendo liberari potuisset a dracone quem viderat expectatus non est. Quod nimirum constat: quia ad solam utilitatem audientium viderit: qui eum hostem cui traditus fuerat: et innotuit et non euasit.

An post mortem purgatorius ignis esse credendus sit:
Capitulū. XXXVIII.

Petrus.

Deseri vellem: si post mortem purgatorius ignis credendus est.

Gregorius.

In euangelio dicit dominus. Ambulate dum lucem habetis. Per prophetam quoque ait: Tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Quod Paulus apostolus exponens dicit: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Salomon quoque ait: Quodcumque potest manus tua facere: instanter operare: quia nec opus: nec ratio: nec scientia: nec sapientia erit apud inferos quo tu properas. Dauid quoque ait: Quia in seculum misericordia eius. Ex quibus nimirum sententis constat: quia qualis hinc quisque egreditur: talis in iudicio presentatur. Sed tamen

de quibusdā leuibus culpis esse ante iudiciū purgatius ignis credendus est pro eo quod veritas dicit: quod si quis in sancto spiritu blasphemiā dixerit: neque in hoc seculo remittetur ei neque in futuro. In qua sententiā dicitur intelligi quasdam culpas in hoc seculo: quasdam vero in futuro posse laxari. Quod enim de vno negat. sequens intellectus patet quod de quibusdā conceditur. Sed tamen ut predicti hoc de leuibus minimisque peccatis fieri posse credendum est: sicut est assidue otiosus sermo: immoderatus risus vel peccatum cure rei familiaris: que vir sine culpa vel ab ipsis agit: qui a culpa: qualiter declinare debeant: sciunt: aut non in grauius rebus errore ignorantie: que cuncta etiam post mortem grauius adhuc in hac vita positus minime fuerit relaxata. Nam cum Paulus dicat christum esse fundamentum atque subiungat. si quis supedificauerit super hoc fundamentum aurum: argentum: lapides preciosos: ligna: fenum: stipulam: vniuscuiusque opus quale sit: ignis probabit. si cuius opus manserit quod supedificauit: mercedem accipiet. si cuius opus arserit: detrimentum patietur. ipse autem saluus erit. Sic tamen quasi per ignem: quod nunc hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito possit intelligi: tamen si quod hec de igne future purgationis accipiat: pensandum sollicite est quod illi per ignem dicitur posse saluari. non qui super hoc fundamentum ferrum: res vel plumbum edificat id est peccata mala et iccirco duriora atque tunc iam insolubilia: sed ligna fenum stipulam id est peccata minuta atque leuissima que ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est quia illic saltem de minimis nihil quisque purgationis obtinebit nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus: ut illic obtineat: promereatur.

De anima Paschalis dyaconi.

Cap. XXXIX.

Am cum adhuc esset iuuenulus atque in layco habitu constitutus: narrari a maioribus atque a sciētibus auditui quod Paschalius

bulus apostolice sedis dyaconus cuius apud nos rectissimi et luculenti de sancto spiritu libri extant mire sanctitatis vir fuerit electus: mosinarum maxime opibus vacans cultor pauperum et contemptor sui. Sed hic in ea contentione que in ardescēte zelo fidelium inter Symachum atque Laurentium facta est ad pontificatus ordinem Laurentium elegit et omnino post vnanimitate supatus in sua tamen sententia usque ad diem sui exitus persistit illum amantem atque preferendo quem episcoporum iudicio posse sibi ecclesia refusauit. Hic itaque cum temporibus Symachi apostolice sedis presulis esset defunctus eius valiam titulum feretro superpositam demoniacus tetigit statimque sanatus est. Post multum vero tempore Germano Capuano episcopo cuius superius memoriaz feci medicum pro corporis salute dictauerat ut in angularibus terminis lauari debuisset. Qui ingressus eandem terminas predicium Paschalius dyaconum stantem et obsequentem in calobus inuenit. Quo viso vehementer extremum et quid illic tantus vir faceret inquisiuit. Cui respondit pro nulla alia causa in hoc penali loco deputatus sum nisi quod in parte Laurentij contra Symachum sensi. Sed queso te pro me dominum deprecare atque in hoc cognosces quod exauditus sis si huc redies me non inuenis. Qua de re vir dñi Germanus se in precibus strinxit et post paucos dies rediit sed iam dictum Paschalius in loco eodem minime inuenit. quia enim non malicie sed ignorantie errore peccauerat: purgari post mortem a peccato potuit. Quod tamen credendum est: quod ex illa elemosinarum suarum largitate hoc ut tunc possit promereri veniam cum iam nil posset operari.

Cur in extremis temporibus tam multa de animabus clarescant que antea latuerunt.

Cap. XL.

Petrus.

Sid hoc est queso te quod in his extremis temporibus tam multa de animabus clarescant que ante

latuerit ita vt apertis reuelationibus atq; ostensionibus venturū seculū inferre se nobis atq; aperire videatur.

Gregorius.

Tra est ita q̄rum presens seculum propinquat ad finē tantū futurū seculū ipsa: iaz quasi p̄p̄nquitate tangit & ex signis manifestiorib; aperitur. Quia enī in hoc cogitationes nostras vicissim minime videm; in illo autē nostra in alterutrum corda conspiciunt: quid hoc seculū nisi nocte & quid futurū nisi dies viderim. Sed quē admodū cū nos finiri & dies incipit oriri ante solis ortus simul aliq̄ modo tenebre cū luce com̄tere sunt quousq; discedentis noctis reliquie in lucem diei subsequētī p̄fecte vertant. ita huius mūdi finis iam cū futuri seculi exordio p̄m̄icetur atq; ipse reliquiarū eius tenebre quadā iam rerū spiritualiū p̄mixtiōe trāslucēt. Et que illius mūdi sunt multa certimus. Sed nec dū p̄fecte cognoscimus qz quasi in quodā mentis crepusculo hec velut ante solem videmus.

Petrus.

Macet qd̄ dicis. Sed de tanto viro paschasio hoc animū ad inquisitionē mouet q̄ post mortē ac penale locuz ductus est cui; feretri vestis tāgi poruit & malignos spūs ab obfesso homine fugare.

Gregorius.

Hac in re magna d̄z oīporētis vel disp̄satio & q̄ sit multiplex agnoscī. cui; iudicio actū est vt isdē vir paschasi; & ipse intus aliquāto tpe reciperet. q̄ peccasset & tamē ante humanos oculos mira p̄ corpus suū post mortē faceret. Qui ante mortē eis quoq; cognoscētib; pia opera fecerit vt neq; hi; qui bona eius videāt: de elemosinarū illius estimatione fallerent: neq; ipsa sine vlcione laxaretur culpa. quā nec esse culpā credit; & t̄circo hanc flexibus nō extinxit.

Ubi esse infernus credendus

lit:

Cap. XLI.

Petrus.

Mep̄do que dicis. verū tamen hac ratione cōstrictus non solū que intelligo sed etiā ipsa que in me non intelligo: cogor iam peccata formidare: sed queso te quia paulo superius sermo de locis penalibus inferni versabat. Ubi nam esse infernū putas super hanc terrā an sub hac terra esse credendus est.

Gregorius.

Hac de re temere diffinire non audeo. nōnulli nāq; in quadā terrarum p̄te infernū esse putauerunt: alij vero hunc sub terra esse estimāt. Sed tamen hoc animū pulliat quia si t̄circo infernum dicim; quia inferius iacet qd̄ terra a celo est: hoc esse debet infernus a terra. Unde & fortasse per psalmistā dicitur. Liberasti animā meam ex inferno inferori vt infernus superior in terra: inferus vero inferior sub terra esse videat. Et Iohannis vox in estimatione ista: cōcordat. Qui cū signatū librum septē sigillis se vidisse diceret: quia nemo dignus inuētus est neq; in celo neq; in terra neq; sub terra aperire libz & soluere signacula ei; adiunxit & ego flebā multum. Quē tamē postmodū libz per leonē de tribu iudā dicit aperiri. In quo videlicet libro qd̄ alib; q̄ sacra scriptura signatur quā solus redēptor noster aperuit. Qui hō fact; moriendo: resurgēdo: ascendēdo: cūcta mysteria que in eo fuerāt clausa patefecit. & null; in celo: qz neq; angel;: null; in terra: q̄a neq; hō viuēs in corpe: null; sub; terrā dign; inuētus ē: qz neq; aīe corpe exire apire nobis p̄ter dñm sacri eloquij secreta potuerit. Cū ergo ad apertendū li. nullus sub terra inuētus est dignus dicē. qd̄ obstat nō video nisi vt sub terra esse infernus credatur.

Utrū vnus gehēne ignis sit an diuersi.

Cap. XLII.

Petrus.

Quid te vnus esse gehenne ignis credēdus est. an q̄ta peccatorū diuersitas fuerit. tanta quoq; estimāda sunt et ipsa incedia esse prepaata.

Gregorius.

Quis quidē est gehēne ignis: sed nō vno mō oīs cruciat peccatores. Aniuersusq; etenī q̄m̄ exigit culpa. tanta illic sentiet pena. Nā sicut i hoc mūdo sub vno sole multi consistūt nec tñ eisdē solis ardozē equaliter sentiūt quia ali' pl' estuat atq; ali' min' ita illic i vno igne nō vn' est mod' incedij: qz qd̄ hic diuersitas corporū: hoc illic agit diuersitas peccatorū vt et ignem non dissimilem habeant: et tamē eisdē singulos dissimiliter exurat.

An semper ardeāt qui gehēne incedijs deputantur.

Cap. XLIII.**Petrus.**

Quid nā queso te vlcim' eos qui semet illic mersi fuerit semper arduros.

Gregorius.

Quoniam nimirū et incūctanter verax est qz sicut finis nō est i gaudio bonorū. ita finis nō erit tormēto malorū. Nā cū veritas dicat ibūt impij i supplicij eternū. iusti autē in vitā eternā: q̄a verū est qz p̄misit: falsum p̄culdubio non erit qd̄ minatus est deus.

Petrus.

Quid si quis dicat lectico peccantibus eterna penā minar' est vt eos a peccatorū perpetracione compesceret.

Gregorius.

Quod falsū ē qd̄ minar' ē vt ab iniusticia corrigeret etiā falsa ē pollicitio vt ad iusticiā puocaret. Sed q̄s hoc dicere vel insan' presumat et si minar' ē quod

nō erat impletur': vñ asserere eum misericordē volum' fallacē qd̄ dicitis inephas ē predicare compellimur.

Petrus.

Quid velle quod iustum sit vt culpa: que cū sine perpetrata est sine fine puniat.

Gregorius.

Hec recte dicit si district' iudex nō corda hominū s̄ facta p̄saret. Iniq̄ enī ideo cū sine deliquerūt qz cū sine vixerūt. Nā noluisent vtiq; si potuisent sine fine viuere vt potuisent sine fine peccare. ostendit enī qz in pctō semp̄ viuere cupiūt qui nūq; desinūt peccare dum viuūt. Ad magnā ergo iusticiā iudicātis p̄tinet vt nunq; careāt supplicio qui i hac vita nunq; voluerūt carere peccato.

Petrus.

Quoniam nullus iust' crudelitate pascit et delinques seruus a iusto dño iocirco cedi precipit vt a nequicia corrigat. ad hoc ergo vapulat vt emēdaretur debeat. Iniqui autē gehēne ignib' traditi si ad correptionē nō perueniūt quo sine semp ardebunt.

Gregorius.

Quoniam iniquos de' qz pius est miseros cruciatu nō pascit: qz vero iustus ē ab iniquorū vltione impetitus nō sedat. Sed iniqui oēs eterno supplicio deputati sua quidē iniquitate puniuntur et tñ ad aliquid ardebūt scz vt iusti oēs et in deo videāt gaudia: que percipiunt et in illis respiciāt supplicia que euasē rūt quaten' tātomagis in eternū grē diuine debitorēs se esse cognoscāt q̄to in eternū mala puniri conspiciunt que eius adiutorio vicerunt.

Petrus.

Quid ubi est q̄ sc̄i cū p̄ inimicis suis quos tūc ardere vidēt nō orabūt: quibus vtiq; dictū est Pro inimicis vestris orate.

Gregorius.

Pro inimicis suis orat eo tpe quo possunt ad fructuosam penam eorum corda couertere atq; ipsa puerio ne saluare. Quid enim aliud p inimicis ora dū ē nisi hoc qd aplus ait vt det illis de peniaz ad cognoscēdā veritatē r respiscāt a dyaboli laqueis a quo capti tenent ab ipsozū volūtate. Et quō p illis tūc orabūt qui tā nullaten⁹ possūt ad iusticie opa ab iniquitate cōmutari. Eadē itaq; cā ē cur nō oret tūc p homib⁹ igni eterno dānatis q etiā nūc cā est vt nō oret p dyabolo angelis eius eterno supplicio dānatis. Que nūc etiā cā est vt nō oret sancti hoīes pro homib⁹ infidelib⁹ impijsq; defunctis. Quia p eis vtiq; quos eterno deputatos supplicio tā nouerūt: ante illū iudicij iusti cōspectū orōnis sue meritū cassari refugitunt q si nūc quoq; viuētes iusti mortuis dānatis iniustis minime ppatiunt qn̄ ad huc aliqd iudicabile de sua carne se ppeti etiā ipsi nouerūt. Quāto enī dīstricti⁹ tūc iniquozū tormēta respiciūt: tāto ab oī vicio corruptionis exuti: ipsi tā iusticie vicini⁹ atq; arti⁹ inherēbūt. Sic quippe eoz mētes p hoc qd iustissimo iudici inherēt: ius dīstrictōis absorbet vt oīo eis non liceat. quicquid ab illius eterne regule subtilitate discordat.

Quomodo aīa imortalis dicatur dū constet eā in perpetuo igne mori. **Cap. XLIII.**

Petrus.

Non ē tā q rīdere debeas apte rōni. S; hec nunc qstio mouet mētem quō anima immortalis dicit dum constat q impetuo igne morat.

Gregorius.

Quia duob⁹ modis vita dī duob⁹ et modis mors dī intelligi. Aliud est nāq; q in deo viuim⁹. Aliud vero q in hoc q cōditi vel creati sumus. Idē aliud ē beate viuere. atq; aliud essentialiter. Anīa itaq; mortalis esse intelligi

tur r imortalis. mortalis quippe q; beate viuere amittit. imortalis autē q; essentialiter viuere nunq; desinit. r nature sue vitā pdere nō valet cum impetua fuerit morte dānata. Illic enī posita beata esse pdit r esse nō perdit vt r mortē sine morte r defectum sine defectu. r finē sine fine patiat. quaten⁹ ei r mors imortalis sit r defectus indeficiēs r finis infinitus.

De quodā sancto viro qui veniens ad mortē expauit.

Cap. XLV.

Petrus.

Quis hāc tā inexplicabile dānationis snām cuiuslibet sit operis ad exitū veniēs non ptimeat qn̄ r si tā nouit quid egit r adhuc tamē facta illius: q; subtiliter iudicent: ignorat.

Gregorius.

Quasi ita ē. S; plerūq; d culpis minimis ipse sol⁹ pauor egredietes aīas iustozū purgat. sicut narrari de quodā scto viro me frequenter audisti. q ad mortē veniēs vehemētē timent. sed post mortē discipulis i scola cādidā apparuit: r q; pclare sit susceptus in dicit.

Quidā ne in morte timeāt reuelatione roborantur. Et de Antonio Aherulo et Johanne monachis. **Cap. XLVI.**

Munusq; vero om̄ps de⁹ trepidantiū mētes quibusdā pī reuelationib⁹ roborat vt in morte minime ptimeat. Hā quis dā me cū in mōasterio frater Antoni⁹ nomine viuēbat q mult⁹ quotidianis lacrimis ad gaudia patrie celestis anhelabat. Quq; studiosissime r cū magno feruorē de siderio sacra eloq; meditaret: nō se i s; ba scie: s; fletū p̄p̄tationis inquirebat. q; tenus p hec excitata mēs eius inardesceret. r ima deserēs: ad regionē celestī p̄rie

per contemplationē volaret. Huic per visionē nocturnā dictū est. Paratus es flor: quia dñs iussit te migrare. Cumq; ille nō habere sumptus ad migrandū diceret: re sponsum prorsus audiuit dicens: Si de peccatis unis agit: dimissa sunt. Quod cum semel audisset: et magno adhuc metu trepidaret: nocte quoq; alia eisdē verbis est admonitus: tūc post quinq; dies febre correptus: cūctis fratribus orātib; flentibusq; defunctus est.

Huius etiā frater in eodē monasterio Merolus dicebat: vedementer lachrymis atq; elemosynis intentus: psalmodie vero ex ore illius pene nullo tpe cessare cōsueverant: excepto cū aut alimentū corporis: aut mēbra dedisset sopori. Huic nocturna visione apparuit. Quia ex albis floribus corona de celo in caput illius descendebat. Qui mox molestia corporis occupatus cū magna securitate animi: atq; hilaritate defunctus est. Ad cuius sepulchrum dum Petrus: qui nūc monasterio meo preest: sibi sepulturā facere post annos quattuordecim voluisset tanta vt asserit de eodē sepulchro illius fragrantia suauitatis emanauit: ac si illic florū omnium fuissent odoramenta congregata. Quia ex re manifeste patuit: q̄ verum fuit quod per nocturnam visionē vidit.

In eodem quoq; monasterio alius quidā Johānes dictus est magne indolis adolescens etatē suam intellectu et humilitatis dulcedine et grauitate trāsigebat. Huic egrotāti atq; ad extremū deducto per nocturnā visionē ei quidā senex apparuit: et hūc virga tetigit: etq; dixit: Surge ex hac est molestia modo minime morietis: sed paratus esto quia longū tempus hic facturus nō eris. Qui dum iam esset a medicis desperatus: repente sanatus est: atq; conualuit: rem: quā viderat: narrauit: seq; per biennium in dei seruitio: sicut predicti: vltra etatis sue annos exhibuit. Ante hoc triennium cum quidā frater fuisset mortuus: atq; in eius

dem monasterij cimiterio a nobis sepultus: cunctis nobis ab eodem cimiterio ex euntibus: idem Johānes sicut postmodū pallens et tremens indicauit: illum nobis discedētib; inuentus: ab eodem fratre: qui mortuus fuerat: de sepulchro vocatus est. Quod mox etiā subsequēs finis edocuit: nam post die decē inuasus: febrib; carne solutus est.

Petrus.

Doceri vellem si hoc quod per nocturnas visiones ostenditur debeat obseruari.

De modis somniorum: et an sint obseruanda: De quodā etiam cui per somnium longa vite spacia promissa sunt: et in breui tempore relecta:

Capitulum. XLVII.

Gregorius.

In hoc Petre sciendū est: quia sex modis tangunt animū imagines somniorū. Aliquādo nāq; somnia ventris plenitudine vel inanitate. Aliquādo vero illusionē. Aliquādo cogitationē simul et illusionē. Aliquādo reuelatiōe. Aliquādo autē cogitationē simul: et reuelatiōe generantur. Sed duo que prima diximus: totū experimento cognoscimus: subiūcta autē quatuor in sacre scripture pagina reperimus. Somnia em̄ nisi plerūq; ab occulto hoste per illusionē fierent: nequāq; hoc vir sapiens indicare dicens: Multos em̄ errare fecerūt somnia: et exiderūt sperantes in illis. Et iterū. Non augurabimini: nec obseruabitis somnia: quibus profecto verbis cuius sint detestatiōis ostendit que augurij peragunt: rursus nisi aliquādo ex cogitationē simul: et illusionē procederet: vir sapiens minē dixisset. Multas curas sequūt somnia. Et nisi aliquādo somnia ex mysterio reuelatiōis oriunt. Ioseph preferendū se fratribus somnio nō videret: nec sponsum Marie vt ablato puero

In egiptu fugeret per somnū angelus ad moneret. Kuruz nisi aliqñ somnia ex cogitatione simul ⁊ reuelatiōe pcederēt: nequa q̄ Daniel propheta. In abuchodono for visionē differēs a radice cogitationis inchoasset: dicit. Tu rex cepisti cogitare in stratu tuo quid esset futurum post hec ⁊ qz reuelat mysteria ostēdit tibi que futura sunt. Et paulo post. Videbas ⁊ ecce q̄ si statua vna grādis: statua illa magna et statura sublimis stabat cōtra te ⁊c. Daniel itaqz dñi somnū ad implendū reuerēter insinuat ⁊ ex qua oriū sit cogitatione manifestat. patēter ostenditur qz hoc plerūqz cogitatioe simul ⁊ reuelatiōe generet. Sed nimirū cū somnia tot rerū qualitātibus alternent: tāto eis credi difficili⁹ habet: quāto ⁊ quo impulsu veniāt facilius nō elucet. Sācti autē viri iter illusiones atqz reuelatiōes ipsas visionū voces aut imagines quodā intimo sapore discernūt vt sciāt vel quid a bono spū picipiant: vel quid ab illusiōe pariantur. Nā si erga hec mēs cauta nō fuerit: p deceptōe spirituz multīs vanitatib⁹ imergit quia nōnunq̄ solet vera predicere vt ad extremū aiām: valeat ex vna aliq̄ falsitate laqueare. sicut nō nup̄ cuidā certū est origisse. Qui dñi somnia vehemēter attēderet ⁊ p somniuz longa vite hui⁹ spacia sibi promissa sunt. Cūqz multas pecunias p longioris vite stipēdijs collegisset ita repēte defunctus est vt intactas oēs relinqueret ⁊ ipse secū nihil ex bono opere portaret.

An prosit animab⁹ si eorū corpora in ecclesijs sepulta sint.

Capitulū. XLVIII.

Petrus.

Q̄is ille sit memini. sed queso te ea que cepimus exequamur. Putam⁹ ne animab⁹ aliquid prodesse. si mortuorū corpora fuerint in ecclesijs sepulta.

Gregorius.

Q̄os graua peccata nō deprimūt his pdest mortuis si in ecclesia sepeliāt q̄ eorū proximī quotiens ad eadē sacra loca cōuentunt: suozū quorū sepulcra conspiciūt: recordant vt p eis dño preces effundāt. Nam quos peccata graua deprimūt nō ad absolutionem potius q̄ ad maiorē vānationis cumulū eorū corpora in ecclesijs ponunt. Qd melius ostēdere poterimus si ea que dieb⁹ nostris gesta sunt: breuiter enarremus.

De quadā sanctimoniali femina in ecclesia sancti Laurētij sepulta que dimidia apparuit accensa.

Cap. XLIX.

Ir nāqz vite venerabilis Felix Portuen. Epus in scauinensi prouincia or̄ atqz nutritus ē. Qui quadā sanctimonialē femina in loco eodē fuisse testat que carnis quidē continentia habuit. Sed lingue p cacitate atqz stultiloquiū nō declinauit. Hec igit defuncta atqz in ecclesia sepulta est. Eadē autē nocte custos eiusdē ecclesie per reuelationē vidit. qz deducta ante sacruz altare per mediū secabat ⁊ ps vna illius igne cremabat ⁊ ps altera intacta remanebat. Cūqz hoc surgēs fratrib⁹ narasset. ⁊ locū ostēderet in quo fuerat igne cōsumpta: ipsa flāme cōbustio ita ante altare in marmorib⁹ apparuit ac si illic eadez femina igne corporeo fuisset cōcremata. Qua ex re aperte datur intelligi. quia hi quibus peccata dimissa non fuerint ad euitandū iudiciū sacris locis post mortem non valeant adiuari.

De Valeriani patritij sepultura. Capitulum. L.

Iohannes quoqz vir magnificus in hac vrbe locū perfectozum seruans. cuius grauitatis atqz veritatis sit nouimus. qz mihi testatus est Valerianū patritiū: in ciuitate que Brixa dicitur: fuisse defunctū cui eiusdē ciuitatis episcopus accepto p̄

elo locū in ecclesia prebuit in quo sepelire debuisset. Qui videlicet Galerianus usque ad etate decrepitā leuis ac lubricus extitit: modūq; suis prauitatibus ponere contempnit. Eadē vero nocte qua sepultus est beatus Faustinus martyr. in cuius ecclesia corpus illius fuerat humatum. custodi suo apparuit: dicens. Uade et dic Episcopo. ut proiciat hinc fetentes carnes quas hic posuit quod si non fecerit: die tricesimo ipse morietur. Quā visionē custos timuit Episcopo confiteri. et rursus admonitus declinauit. Die autē tricesimo eiusdem ciuitatis Episcopus cum vespertina hora sanus atq; incolumis ad lectū rediisset subita et inopinata morte defunctus est.

De corpore Valentini ab ecclesia post mortem proiecto.

Capitulum. LI.

Hic quoque in presenti venerabilis frater Genadius Lunensis Episcopus et magnificus Verberius vir nobilissimus atque veracissimus qui se scire suosque homines interfuisse testatur ei rei: quā narrauit: nup in Genuensi vrbe cōtigisse. Vbi namque ut dicit Valentinus nomine ecclesie Mediolanensis defensor defunctus est vir valde lubricus et cunctis leuitatibus occupatus cuius corpus in ecclesia beati martyris Syri sepultū est. Nocte autē media in eadem ecclesia facte sunt voces ac si quis violenter ex ea repelleret atque traheret foras. Ad quas nimirum voces cucurrerunt custodes et viderunt duos quosdam deterrimos spiritus qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura strinxerāt et eū ab ecclesia clamātem ac nimium vociferantē foras traherēt. Qui videlicet exterriti ad sua strata reuersi sunt. mane autē facto aperientes sepulcrū in quo isdem Valentinus postquam fuerat eius corpus non inueniūt. Cūq; extra ecclesiam quererēt vbi proiectū esset inueniūt hoc in sepulcro alio positū: ligatis adhuc pedibus sicut ab ecclesia fuerat abstractus.

Ex qua re Petre collige quod hi quos peccata graua deprimūt si in sacro loco sepeliri se faciant restat ut etiā de sua presumptione iudicent quatenus eos sacra loca non liberent sed etiam culpa temeritatis accuset.

De Tinctoris corpore in ecclesia sepulto post non inuento Capitulum. LII.

Nam quid quoque in hac vrbe contigerit cunctorum qui hic habitant multitudo testat quod quidam artis eorum primus cum defunctus fuisset in ecclesia beati Ianuarij martyris iuxta portam sancti Laurentij a coniuge sua sepultus est. Sequenti autem nocte ex eadem sepultura audiente custode eius spiritus cepit clamare. Ardeo ardeo. Cum vero has duas voces emisisset: custos hoc eius nunciavit vxori. vxor vero illius eos qui diligenter inspiceret: artis eiusdem viros transmisit ad ecclesiam: volēs cognoscere qualiter eius corpus esset in sepulcro de quo talia clamaret. Qui aperientes sepulcrū vestimēta eadez intacta repererūt que nūcufos in eadem ecclesia pro eiusdem cause testimonio seruauit. Corpore vero illius oīno non inueniūt ac si in sepulcro eodē positū non fuisset. Quia ex re colligendū est qua visione aīa eius dānata sit cuius et caro est ab ecclesia piecta. Quid igitur sacra loca sepultis p̄sunt quādo hi qui indigni sunt ab eiusdem sacris locis diuinitus proijciunt.

Quid sit quod maxie mortuorum valeat animabus p̄desse: Et de Leticellensi presbytero quod a cuiusdam spiritu petiit est ut sacrā hostiā pro eo offerat.

Cap. LIII.

Petrus.

Quid nam ergo esse poterit quod mortuorum valeat animabus p̄desse.

Gregorius.

Aculpe post mortē insolubiles
nō sunt: multū solet animas etl
am post mortē oblatio sacre ho
stie salutaris adiuuare: ita vt
hoc nōnunq̄ ipse defunctoz aie expetere
videant. Nam p̄dictus Felix ep̄s a quo
dā vite venerabilis p̄sbytero: qui vsq̄ an
te biennū virit: et in dyocesi Sentūcelen
sis vrbis habitabat atq̄ ecclesie beati Jo
hānis: que in loco qui dicitur Tauriana: sita
est: preerat: cognouisse se asserit qd̄ is
dem p̄sbyter in eodē loco: in quo aque ca
lide vapores nimios faciūt quotiens cor
poris necessitas exigebat lauari cōsueue
rat: vbi duz die quadā fuisset ingressus:
inuenit quendā incognitū virū ad suū ob
sequiū preparatū: qui sibi de pedibus cal
ciamēta abstraheret: vestimēta susciperet
et exētia caloribus sabana preberet: atq̄
omne ministeriū cū magno famulatu per
ageret. Cūq̄ hoc sepius fieret: isdē p̄sby
ter die quadā ad balnea itur⁹ intra semet
ip̄m cogitās dixit: Viri illi qui mihi so
let tam deuotissime ad lauandū obsequi:
Ingratus apparere nō debeo: sed aliquid
me necesse est ei p̄ munere portar. Tūc
duas secū oblationū coronas detulit: qui
mor vt peruenit ad locū: hominē inuenit
atq̄ ex more eius obsequio in oibus vsus
est. Lauit itaq̄ et cū iam vestitus voluis
set egre: si hoc qd̄ secū detulerat obsequē
ti sibi viro p̄ benedictiōe obtulit petens:
vt benigne susciperet: qd̄ ei gratia chari
tatis offerret. Cui merēs afflictusq̄ respō
dit: Mibi ista quare das pater? Iste pa
nis sanctus est: ego hūc manducare non
possum: ego etem: quē vides: huius loci
dn̄s aliquādo fui: sed pro culpis meis hic
post mortē deputatus sum. Si autē mihi
prestare vis omnipotentis deo offer hūc pa
nē: vt pro peccatis meis interuenias. Et
tunc exauditū te esse cognosce: cū huc ad
lauandū veneris: et me minse reppereris.
In quibus verbis disparuit: et is qui ho
mo esse videbat euanescendo innotuit: qz
spiritus fuit. Isdē vero p̄sbyter ebdoma
da cōtinua se pro eo in lachrymis affixit:

salutarē hostiā quotidie obtulit: et reuer
sus post ad balneū cum iam mīne inues
nit. Qua ex re quantū p̄sit animabus im
molatio sacre oblatiōis ostendit quando
hanc et ip̄i mortuoz spiritus a viuētibz
petūt: et signa indicant: quibus per eā ab
soluti videantur.

De fratre Iusto medico pro
cuius anima continuīs triginta
diebus oblatum est sacrificium
altaris:

Capitulum. LIII.

Neq̄ hoc silendū puto qd̄ actus
i meo monasterio añ hoc triēni
um reminisco. Quidā namq̄
monachus Iustus nomīe: me
dicina arte fuerat imbutus: qui mihi in eo
dem monasterio cōstituto sedule obsequi
atq̄ in assiduīs egritudinibus meis excu
bare cōsueuerat. Hic itaq̄ languore cor
poris preuētus ad extremū deductus est.
Cui in ip̄a sua molestia frater germanus
nomīe Lupiosus seruebat: qui ip̄e quo
q̄ nūc in hac vrbe per eandē medicine ar
tem temporalis vite stipendia sectat: sed p̄
dictus Iustus cū iaz se ad extremū perue
nisse cognouisset: eidē Lupioso fratri suo
quia occultatos tres aureos haberet in
notuit. Qd̄ nimiz fratribz nō potuit ce
lari: sed subtiliter indagātes: atq̄ illius
om̄ia medicamēta perferutātes: eosdem
tres aureos inuenerūt absconsos in medi
dicamine: qd̄ mox vt mihi nūciatū est: ran
tū malū de fratre qui nobiscū cōmuniter
vixerat equimiter ferre nō valui. Quipsa
pe quia eiusdē mei monasterij semp̄ regu
la fuerat: vt cūcti fratres ita cōmuniter vi
uerēt: quatenus eis singulis nulla habe
ri pp̄ria liceret nimio terrore percussus:
cogitare cepit: vel quid ad purgationē mo
rientis facerē: vel quid ad exemplū viuē
tibz fratribz p̄viderē. p̄dicto igit̄ eius
dē mōasterij p̄posito ad me accersito dixi
Vide et vt nullus ex fratribz se ad eū mo

rientē iungat: nec sermonē consolationis ex cuiuslibet eorū ore percipiat. Sed cum in morte cōstitutus fratres exquisierit: ei suus carnalis frater dicat: quia per aures quos occultatos habuit: a cunctis fratribus abominatus sit: vt saltē in morte de culpa sua mentē ipsius amaritudo transuerberet: atq; a peccato qđ perpetraverat purget. **Et** No mortu⁹ fuerit: corp⁹ i cimiterio nō ponat: sed q̄libet fossaz in sterquilino facite in ea corpus eius proiecit: ibi q; super eū tres aureos quos reliquit iactate omnes simul clamantes: pecunia tua tecū sit in perditōe: et sic cum terra operite. In quibus vtriq; rebz vnā moriētibus: alterā vero voluit prodesse fratribus viuētibz vt et illū amaritudo mortis a culpa solubilē faceret: et istos auaricie tāta damnatio terreret: atq; a culpa prohiberet. Quod ita factū est. Nam cū isdem monachus peruenisset ad mortē: atq; anxie se quereret cōmendare fratrib⁹ et nullus ei a fratribz applicare et loqui dignaret: ei carnalis frater cur ab omnibus fratribus esset abominatus: indicauit. Qui protinus de reatu suo veheemēter ingemuit: atq; in ipsa sua tristitia e corpore exiuit qui ita est sepult⁹ vt dixerā. Sed fratres omnes ex eadem sentētia conturbati: ceperunt singuli extrema queq; et vilia: et que eis habere regulariter licuerat ad mediū proferre veheemēterq; formidare: ne quid apud eos esset vnde reprehēdi potuissent. Cum vero post mortē eius triginta iaz essent dies euoluti: cepit animus meus defuncto fratri cōpati: eiusq; cū dolore graui supplicia pensare: et si qđ esset ereptōnis eius remediū querere. Tūc vocato ad me eodē precioso monasterij mei preposito tristis: dixi: Dū est qđ frater ille qui defunctus est in igne cruciat. Debemus ei aliquid charitatis impendere: et eū quātum possumus: vt eripiat: adiuuare. Eade itaq; et ab hodierna dieb⁹ triginta cōtinuis offerre p̄ eo sacrificiū stude vt nullus omnino preternitrat dies quo pro absolutōe illius hostia salutaris non offera

tur. Qui protinus abscessit et paruit. Nobis autē alia curantibus atq; dies euolutos non munerātibz istez frater qui defunctus fuerat: nocte quadā fratri suo germano cupioso per visionē apparuit. Quē ille cum vidisset: inquisiuit dicēs: Quid est frater? Quomodo es? Cui respondit: Hūc usq; male fui: sed iā modo bene sum quia hodie cōmunionē recepi. Quod isdem Cupiosus pergens protinus indicauit fratribz in monasterio. Fratres vero solliciti computauerūt dies: et ipse dies extiterat quo pro eo vicesima oblatio fuerat impleta. Cūq; et Cupiosus nesciret: quid pro eo fratres agerēt: et fratres ignorassent: quid de illo Cupiosus vididisset: vno eodēq; tempore dū cognosceret: ille isti quid egerant: atq; isti cognoscerēt: ille quid viderat cōcordantes simul vtiōe et sacrificio res aperte claruit: quia frater qui defunctus fuerat: per salutarē hostiā euasit supplicij.

Petrus.

Quia sunt valde que dicis: et nō me diocriter leta.

**De vita et transitu Cassiani
episcopi: Capitulū. LV.
Gregorius.**

In nobis in dubiū ventant verba mortuorū: confirmāt hec facta viuētiū. Nam vir vite venerabilis Cassianus Hermensis episcopus: qui quotidianū offerre cōsueuerat deo sacrificiū: seq; in lachrymas inter ipsa sacrificiorū archana mactabat: mādātum domini per cuiusdam sui visionem p̄byteri suscepit dicens: Age quod agis operare quod operaris. Non cesset pes tuus nō cesset manus tua. Mātale apostolorum venies ad me: et tribuam tibi mercedem tuam. Qui post annos septē ipso natalicio apostolorū die: cum missarū solennia peregisset: et mysteria sacra cōmunionis accepisset: e corpore exiuit.

De quodam ab hostibus capto cuius vincula oblatiōis hora soluebantur: Et de Baraca nauta per salutarem hostiam a naufragio liberato:

Capitulum. LVI.

Hec quoque quod audimus quē dā apud hostes in captiuitatē positū: et in vinculis religatū fuisse: pro quo sua coniūx diebus certis sacrificiū offerre consueuerat: qui longo post tpe ad coniūgē reuersus quibus diebus eius vincula soluerent: innotuit: eiusque coniūx illos fuisse dies quibus pro eo sacrificiū offerebat: recognouit. Et ex alia nobis re que ante annos septē gesta est certissime confirmat. Agatus enim Spanormitan⁹ episcop⁹: sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt: atque testant^r: cum beate memorie antecessoris mei tempore iussus esset: ut Romā veniret: vim nimie tempestatis perculit: ita ut se ex tanto vndarū periculo euadere posse diffiderat. Nauta vero illius Baraca nomine: qui nūc eiusdē ecclesie clericatus officio fungit^r: post nauē in carbaso regebat ruptoque fune cū eodem carbaso: quē regebat: inter vndarū cumulos repente disparuit. Nauta autē cui episcop⁹ preerat: rādem post multa pericula ad Osticiā insulam fluctibus quassata peruenit. Cūque die tertio episcopus nauā qui ab eo abiret in carbaso fuerat. In nulla maris parte viderit apparere: vehementer afflic^t: mortuū credidit: sed per obsequiū charitatis viuo vnū quod debebat: mortuo impēdit ut omnipotenti deo p̄ absolutiōe eius anime offerre sacrificiū victime salutaris iuberet: quo oblato restaurata naue perrexit ad italiā. Cūque ad Romanū portū venisset: illic nauā repperit: quē mortuū putabat. Tunc inopinata exultatiōe gaudius est et euz: qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo viuere potuisset: inquisiuit. Qui videlicet indicauit: quotiēs in

illis tempestatis fluctibus cū eodē quem regebat: fuisse carbaso versatus: qualiter cū illo vndis pleno enatauerit: et quotiēs eo a superiori parte deorsum verso ipse carine eius superederet: adiūgens. Cū diebus ac noctibus hoc incessanter faceret: itaque eius virtus funditus ex fame simul et labore cecidisset: quo eū ordine diuina misericordia seruauerit: indicauit. Etiam quod etiam nūcque testatur dicēs: Laborans in fluctibus atque deficiens subito mentis pondere sum grauatus: ita ut neque vigila re me credere: neque depressus somno essē. Et ecce in eodē medio mari me positus quidā apparuit: qui mihi panē ad refectionē detulit. Quē mox ut comedi: vires recepti lōge post nauis transiēs affuit: que me ab illo vndarū periculo suscepit: atque ad terrā deduxit. Quod scilicet episcop⁹ audiens requirit diem: atque illo fuisse die repperit: quo pro eo presbyter in Osticia insula deo omnipotenti hostiā sacre oblationis immolauit.

Quibus mortuis sacre victime profint: ac de virtute mysterio victime salutaris:

Capitulum. LVII.

Petrus.

Et que narras ipse quoque in Sicilia positus agnouit.

Gregorius.

Petrus credo: quia hoc tam aperte cum viuētibz ac nescientibus agit: ut cunctis hec agētibz atque sciētibz ostendatur: quia si insolubiles culpe nō fuerint ad absolutionē prodesse: etiā mortuis victime sacre oblatiōis possint. Sed sciendū est: quia illis sacre victime mortuis profint: qui hic viuendo obtinuerūt: ut eos etiam post mortē bona adiuuēt: que hic p̄ ip̄is ab alijs fiunt. Inter hec autē pensandū est: quod tutior sit via ut bonum quod quisque post mortē suā sperat agi per alios: agat ipse dum viuūt per se. Beatius quippe est

liberū eire q̄ post vincula libertatē que-
rere. Debemus itaq; presens seculū : vel
quia iam cōspicimus defuisse: tota men-
te cōtemnere quotidiana deo lachrymarū
sacrificia: quotidianas carnis eius ⁊ sans-
guinis hostias imolare. Nec nāq; singu-
lariter victima ab eterno interitu animā
saluat: que illā nobis mortē vnigeniti per
mysteriū regat. Qui licet resurgēs a mor-
tuis iam non morit̄: mors illi vltra non
dominabit̄: tamen in seipso immortaliter
atq; incorruptibiliter viuēs pro nobis ite-
rū in hoc mysterio sacre oblatiōis immo-
lat. Eius quippe ibi corpus sumit̄: eius
caro in populi salutem partit̄. Eius san-
guis nō lat̄ in manus infidelū: sed in ora
fidelū fundit̄. Hinc ergo pensemus qua-
le sit pro nobis hoc sacrificiū: quod pro ab-
solutione nostra passionem vnigeniti filij
semper imitat̄. Quis enim fidelū habe-
re dubiū possit in ipsa immolationis hora
ad sacerdotis vocem celos aperiri: in illo
Jesu xp̄i mysterio angelorū choros adesse
summis ima sociari: terrena celestibus iū-
gi: vnū quoq; ex visibilibus atq; inuisibi-
libus fieri.

**De affligendo corde inter sa-
cra mysteria: ⁊ post de mētis cu-
stodia: Capitulum. LVIII.**

Quod necesse est: vt cū hec agim⁹
nosmetipsos deo in cordis con-
tritiōe mactemus: quia qui pas-
sionis dñice mysteria celebra-
mus: debemus imitari qd̄ agimus. Tūc
ergo vere pro nobis hostia erit deo: cum
nosipsos hostiā fecerimus. Sed studendū
nobis est: vt etiā post oratiōis tpa in quā
tū deo largiente possumus in ipso animus
suo pōdere ⁊ vigore seruemus: ne post co-
gitatio fluxa dissoluat: ne vana mentē leti-
cia subrepat: ⁊ lucrū compūctiōis anima
per incurfū fluxe cogitatiōis perdat. Sic
quippe: quod poposcerat: anima obtine-
re meruit: que se post lachrymas in eodē
mentis vigore seruauit. De qua nimirum
scriptū est. Vultusq; eius nō sunt ampli⁹

in diuersa mutari. Que igit̄ non est obli-
ta quod petisti: non est priuata munere qd̄
poposcit.


**De relaxandis culpis alienis
vt nostre relaxentur:**


Capitulum. LIX.

Quod inter hec sciendū est: quia
ille recte delicti ventā postulat
qui prius hoc: quod in ipso delin-
quif: relaxat. Munus enim
non accipit: nisi ante discordia ab animo
pellat dicente veritate. Si offers munus
tuū ante altare: ⁊ recordatus fueris qd̄ fra-
ter tuus habet aliquid aduersus te: relin-
que ibi munus tuū ante altare: ⁊ vade pri-
us recōcillari fratri tuo: ⁊ tūc veniens of-
feres mun⁹ tuū. Quia in re pensandū est
cū omnis culpa munere soluat̄ qd̄ grauis
est culpa discordie: pro qua nec munus ac-
cipit̄. Debemus itaq; ad proximū quāuis
longe positū: longeq; disiunctū: mēte ire
eius animū subdere: humilitate illū ac be-
niuolentia placare: vt scilicet cōditō: nos-
ter dū tale placitū nostre mentis asper-
rit: a peccato nos soluat: quia munus pro
culpa summit̄. Veritatis autē voce atte-
stante didicimus: quia seruus qui decem
milia talenta debebat: cū penitentiā age-
ret: absolutionē debiti a dom̄o accepit.
Sed quia cōseruo suo centū sibi denarios
debenti debitū non dimisit: et hoc iussus
exigi quod ei fuerat iam per penitentiā di-
missus. Ex quibus videlicet dictis cōstat
quia si hoc quod in nos delinquit̄ ex cor-
de nō dimittimus: ⁊ illud rursus exigitur
quod nobis iam per penitentiā dimissum
fuisse gaudebamus. Igit̄ dum per indul-
ti temporis spaciū: licet dū iudex sustinet
dum cōuersionē nostrā is: qui culpas exa-
minat: expectat. Cōstemus in lachrymis
duriciā mentis: formemus in proximiis
gratiā benignitatis: ⁊ audēter dico: quia
salutari hostia post mortē nō indigebim⁹
si ante mortē deo ipsi hostia fuerimus.

Libri dyalogorū beati Gre-
gorij pape: vna cū annotationi-
bus capitulorū feliciter explici-
unt. Impressi ac diligentissime
correcti Basilee per Michaelē
Furter: sub anno domini Mil-
lesimoquadringentesimonono-
gesimo setto.

Laus deo.





Handwritten text at the top of the page, partially obscured by large brown stains. The text is written in a cursive script and includes words such as "Vide quod" and "Hic est".

Handwritten text in the middle section of the page, also partially obscured by brown stains. The text is written in a cursive script and includes words such as "Hic est" and "Hic est".

16
—
2

The lower half of the page contains very faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the leaf. The text is scattered and difficult to decipher due to fading and the texture of the aged paper.

